**S**eptima domus. Sic ponit significatiōes septime domus. Et dicit quod septima domus significat mulieres et nuptias et cōditiones et oppositiōes. Anduzgam

Dicit q̄ p̄mus dñs triplicitatis septime domus significat mulieres. secundu  
 significat cōtētionē. terti<sup>o</sup> p̄ticipationē z cōmixtionē. Dicit P̄tolem̄us in  
 rōnib<sup>9</sup> huius domus cōuenit vt aspiciam<sup>9</sup> in cōiugio virorū statū lune ho  
 ra natiuitatis viri ita q̄ p̄mo aspiciam<sup>9</sup> ad lunā si fuerit in duab<sup>9</sup> q̄rtis oriēta  
 libus erit cōiugiū viri in sua pueritia aut copulabit<sup>9</sup> cū puella postq̄z dies in  
 trauerit. Et si fuerit in duabus q̄rtis occidētalib<sup>9</sup> cōiugiū erit tardū aut copu  
 labit<sup>9</sup> cū vetula. Et si luna fuerit sub radijs<sup>9</sup> z p̄ticipata fuerit cū saturno nūq̄  
 copulabit<sup>9</sup>. Et si applicuerit saturno copulabit<sup>9</sup> cū muliere laboriosa z praua.  
 Et si applicuerit Joui erit mulier abstinentie bone z boni ornamēti. Et ap  
 plicuerit marti. erit audax z superba. Et si applicuerit veneri erit pulchra le  
 ta z bone receptionis. Et si applicuerit mercurio: erit bona itelligens z bo  
 noruz verborū. Et conuenit vt aspiciam<sup>9</sup> cōingiū mulierum a statu solis ho  
 ra sue natiuitatis ita q̄ si fuerit sol in duab<sup>9</sup> q̄rtis oriētalib<sup>9</sup> cōiugiū mulieris  
 hñtis talē natiuitatē: erit in sua pueritia vel copulabit<sup>9</sup> puero postq̄z in dies  
 processerit. Et si fuerit in duab<sup>9</sup> q̄rtis occidētalibus: copulabit<sup>9</sup> tarde aut ve  
 tulo postq̄z in dies processerit. Et si sol fuerit p̄cipatus cum saturno erit ma  
 ritus bone legis amator laboris. Et si habuerit p̄ticipatiōē cū Joue. erit ab  
 stinētie bone nobilis cordis. Si cū marte erit fortis cordis sine vllō amore. Si  
 cū venere erit limpidus. Si cum mercurio erit p̄fectuosus in suis factis z fa  
 ctor multarū rerū. Dicit Haly Abenragel in q̄ninus huius domus. Si q̄s a  
 te quesierit pro coniugio si erit vel nō aspice ascendēs z ei<sup>9</sup> dominū z lunam  
 z planetā a quo separaf<sup>9</sup> z da hos pro significatorib<sup>9</sup> q̄rtis z septimā domū  
 z eius dñm z planetā cui applicuerit luna pro significatorib<sup>9</sup> illius pro quo  
 querit. z si querēs fuerit masculus cōiuge solem cū significatorib<sup>9</sup> suis z fac  
 eum p̄ticipem in significatiōe. z si querēs fuerit mulier da sibi venere z fac  
 eā p̄ticipē in significatiōe. postmodū aspicias cuiusmodi applicationem hēat  
 dñs ascendētis vel luna cum dño septime domus z cuiusmodi applicationē  
 hēat planeta a quo separaf<sup>9</sup> luna cum planeta cui applicat. vel venus cum so  
 le. Unde si dominus ascēdētis vel luna applicuerit domino septime domus  
 vel planeta a quo separaf<sup>9</sup> luna planete cui applicat. vel fuerit dominus ascē  
 dētis vel luna in septima domo significat ob querēs hēbit rē quesitā tñ cū pe  
 titiōib<sup>9</sup> z p̄cibus multis. Et si applicatio fuerit de q̄rto vel oppositiōe signi  
 ficat q̄ res ista erit tñ cū tarditate z labore z pena. Et si dñs septie dom<sup>9</sup> ap  
 plicuerit dño ascēdētis vel plāeta cui applicat luna plāete a quo ipsa separaf<sup>9</sup>  
 vel fuerit dñs septime in ascendēte res illa leuiter fiet z cum magna valunta  
 te mulieris z sue p̄tis: maxime si applicatio illa fuerit de tertio sextili. Et si nō  
 inuenis aliquā applicationē inter significatores significat q̄ res non erit. Si  
 aliq̄s querat a te si nocte illa cōplebit voluntatē suā cum muliere vel nō aspi  
 ce si inuenis in q̄dne venerē aspiciētē ascendens. dic q̄ questio sua cōple  
 bit illa nocte. Et si questio fuerit si habuerit rem cum muliere illa nocte p̄s  
 terita vel nō iudica hoc eodē mō nec plus nec minus. Si queraf<sup>9</sup> a te pro ali  
 qua muliere si est virgo vel nō aspice ascēdēns z dñm ei<sup>9</sup> z lunā z si eos inue  
 neritis in signis fixis. dic q̄ est vgo salua ab omni labe limpidā. Et si fuerit in  
 signis cōmunib<sup>9</sup> vel mobilibus. dic q̄ est mulier z hēt vel habuit maritū. Et

si questio fuerit pro puella que dicit se virginē. dic qd est corrupta. z qd habuit  
aligs rem cu3 ea. Si querat a te pro aliqua muliere quot maritos hēbit aspi  
ce a domino decime vsq3 ad gradū martis z quot plāctas inueneris iter eo3  
tot maritos hēbit. Et si mars fuerit in septima domo aspicias a marte vsq3  
ad Joue hoc eodē mō z iudica scdm id z certificabis cū deo.



**ctaua domus.** Dic ponit significatiōes octauē do  
mus. Et dicit qd octaua domus est do

mus mortis z timoriz z significat hereditates mortuoz quas he  
redes debēt possidere post mortē. z significat finē annorum vite  
post senectutē. Dicit Anduzgam p̄mus dñs triplicitatis huius do  
mus significat timorē. Secundus significat p̄cepta z res antiq̄s. Terti⁹ signi  
ficat hereditates mortuorū. Dicit Ptoleme⁹ conuenit vt inspicias ad status  
gradus sterficiētis quis planetarū sit ibi vel aspiciat ipsum: z secūdum natu  
ram illius erit iudiciū de morte: ita qd si saturnus fuerit dominus mortis acci  
det p̄pter infirmitates longas: p̄pter pit̄im scilicet z reumata z p̄pter defe  
ctum nature zc. talia. Et si Jupiter fuerit dominus mortis erit mors p̄pter  
apostemata gule z pulmonis zc. huiusmodi. Et si fuerit mars erit mors pro  
pter febres cōtinuas z acutas. Et si fuerit venus accidet mors p̄pter infirmi  
tatem stomachi z epatis z cordis z per fluxum sanguinis z apostemata eun  
tia per corpus z fistulas. z si fuerit mercurius erit mors p̄pter epilentiā z p̄  
pter stultitiā z amissionem sensus. ¶ Haly dicit in commēto. i8. p̄positionis  
quarte partis. Ptolemeus diuisit nobis mortē in duas maneries: vna est p̄  
ueniens ex infirmitatibus. Alia est p̄ueniens a re in qua non habet phisicus  
quid videri: sicut qui mori gladio: lancea: casu: igne z morsu bestie z fere vel  
aque submersione z alijs multis occasionibus. Et quando planete guberna  
tores salui fuerint ab infortunis z in suis met dignitatibus z potentes z quā  
do super eos nullus plancta contrarius eleuatur tunc accidet mors p̄pter  
infirmitates. Alia autem mors accidet quando planete fuerint ifortunati vel  
debiles vel in dignitatibus alienis eis contrarijs aut planete contrarij ele  
uati fuerint super eos. ¶ Narrare autē omnes maneries quibus contingit  
mors esset hic nimis longū z qui voluerit hoc inueniet in quarta parte quas  
dripartiti Ptolemei. Dicit Ptolemeus in. 74. p̄positione centiloquij. Cuz  
fuerit mars corporaliter iunctus capiti algol z nō aspexerit luna ascenden  
tem nec fuerit fortuna in. 8. Domo z dominus anauba luminarium opposit⁹  
fuerit marti vel in eius aspectu quarto nati caput truncabit. Quod si lumina  
re fuerit in medio celi suspendet. Et si fuerint mali aspiciētes a geminis z pi  
sce abscident ei manus z pedes. Dicit Haly in commento quando fortuna  
fuerit in domo octaua prohibet malam mortem. Audiui siquidem a quodaz  
qui erat cum filio Haly valde animoso in mari qui cum vellet ingredi mare  
nimis tumultuosum ventis yndas agitantibus ipsum increpasset dixit. non  
timeo mibi mortem in mari. Jupiter enim fuit in natiuitate mea in domo  
mortis z oriētalis qui prohibet mibi malā mortem. z vidi inq̄t in lecto illum  
mori. Accidit etiā mibi vt qdam seruentes ostēderet mibi natiuitate3 filij do  
mini sui z inueni solem in medio celiz ipse erat dñs anauba z ylech z martē

in quarto aspectu eius z saturnū in angulo terre eius ascendens piscis. vnde  
 exterritus distuli dare iudiciū dicens. oportet vt anteq̄ iudicem cōpleantur  
 dies nutritionis. Cum autem de puero valde sollicitarem circa inuestigatio-  
 nem motū vel mouz suorum nihil intellexi vnde sibi timere truncatione  
 manuū z pedem z infurcationē cū esset mansuet⁹ z verecūdus. Cūq̄ pueni-  
 set ad. 30. annos ingressi sunt qdam domum ei⁹ fugiētes eo q̄ accusati erant  
 de dolo sup eum qui p̄erat urbi z deprehensi fuerāt in domo illa z ipse cū  
 eis amisit man⁹ z pedes z infurcat⁹ est. z ego vidi eum absq̄ manib⁹ z pedi-  
 bus infurcatū Dicit Ptoleme⁹ in. 59. p̄positione centiloquiū cū interrogat⁹  
 fueris de absente nō iudices de eo morte donec remoueas ebrietatez ab eo.  
 nec vulneratū donec tollas sanguis minutionē. nec substātiā acq̄sitā donec  
 pecuniā sibi cōmissam remoueas. est enim in his hoībus idē iudiciū. Dicit  
 haly in cōmēto ibidem. qui tractat de iudicijs iudicat per formas que sunt  
 p̄pe veritatem. id nō inuenit in fortitudine iudicioz p̄tio inter sopitū z mor-  
 tum: z inter vulneratū z minutū. nec inter illū cui cōmissa est pecunia: z illuz  
 qui acquisiuit illam. Audiui si qdem a patre meo cui deus parcat q̄ cum ipse  
 fuisset cū his qui se absconderunt a face impatoris. cū abraham filio almo-  
 rbedi q̄ qu otidie visitabat eum occulte alhasten filius abzabe astrologus: q̄  
 p̄cepit vt afferret conchā eneā magnā aqua plenā in qua ponēs scabellū cō-  
 suluit ei vt desuper sederet in maiori pte diei. z hoc ideo p̄cepit vt faceret er-  
 rare astrologos imperatores in esse absconditoz: z cū impator quereret ab  
 astrologis suis ubi ille eēt: dixerunt q̄ esset in medio maris. Dicit haly abēra-  
 gel quando mars fuerit in octaua domo dānificans dñm octauē domus  
 mors nati erit ex ferro. Et si saturnus fuerit in octaua domo dānificās dñm  
 octauē domus mors nati erit p̄pter carcerē z penas. Quādo luna fuerit in  
 octaua domo cū cauda draconis significat q̄ mors nati est p̄pter secessum  
 vel medicinā laxatiuā. Quādo mercurius fuerit in octaua domo cū cauda si-  
 gnicat q̄ mors nati erit p̄pter mala opera aut p̄pter toxicum aut facta ni-  
 gromantie. Quā gradus occidētis z eius dñs ambo dānati fuerit nato signi-  
 ficat malam mortem. Quā sol fuerit dānatus in natiuitate diurna vel luna  
 in nocturna significāt illud idē. Quā significatores dānati fuerint sup terram  
 manifestā mortē significant z patentem. Et quā dānati fuerint sub terra mors  
 erit abscondita z occulta. Quādo aliqua infortunarū fuerit in octaua domo  
 vel iuncta domino octauē domus significat fortem z malam mortē. Et si ali-  
 qua fortunaz fuerit in octaua domo vel iuncta domino octauē dom⁹ signifi-  
 cat bonam z pulchram mortē. Et si iupiter vel venus fuerit in hac domo for-  
 tis z liber a radijs infortunarum natus erit fortunatus z laudatus z viuet  
 annis. 73. z forte plus.

**Nonā domus.** Sic ponit significatōes nonē dom⁹.



grinationes z longa itinera z significat eplaz z legatos z rumo-  
 res atq̄ somnia. Dicit Anduzgas q̄ p̄mus dominus triplicitatis  
 hui⁹ domus significat peregrinationes z oē q̄ ei accidit in pe-  
 regrinatōib⁹: secūdus significat fidē ac religionē. tertio significat sapientiā z

somnia. Dicit Haly Abēragel in rōnibus huius domus aspice in itinerib⁹ na  
 ti p̄mitus a dño triplicitatis domus itineris: qm̄ qñ dñs triplicitatis domus  
 itineris p̄mus fuerit in bono statu ⁊ for̄is fortunatus ⁊ receptus significat  
 q̄ natus ibi per itinera ⁊ movebit se de uno loco ad aliū ⁊ erit fortunatus  
 in itinerib⁹ suis. Et si fuerit in diuerso statu ab eo qđ dixim⁹ habebit impedi  
 mēta ⁊ grauamina in itineribus ⁊ morib⁹ suis ⁊ erit uilipēsus in eis ⁊ extra  
 betur ⁊ expellet de terra ⁊ loco suo nec i suis itinerib⁹ aliquā utilitatē uel lu  
 crum habebit. Et si dominus triplicitatis domus itineris. secundus fuerit in  
 bono statu fortunatus ⁊ receptus natus erit bone legis religiosus ⁊ custos  
 legis: Et si fuerit in diuerso statu erit male legis nominabit malus: ⁊ de ma  
 lis operibus ⁊ incredulus. Et si dñs triplicitatis tertius fuerit in bono statu  
 natus erit veridic⁹ somni⁹: ⁊ quicquid videbit in somnijs veridicum erit  
 nec menties. Dicit idem haly scias q̄ Mercurius h3 posse ac significatione  
 propriā in causa legis ⁊ legalitatis sepatim ab alijs planetis. Et scias q̄ qñ  
 fuerit in domo saturni v̄l in aspectu eius natus erit p̄fundarum cogitationū  
 firmus in credulitate: laudat res alterius mūdi magis q̄ istius: ⁊ credit eas  
 ac multū cogitat in illis ⁊ amat eas: ⁊ tenet q̄ res illius mūdi sint meliores  
 q̄ istius. abhorret ludos ioculationes ⁊ solatia: humilis ⁊ patiēs laboris ac  
 indigētie maxime si fortune cadētes fuerint non aspicientes ascendens. Et si  
 Mercurius fuerit in domo Jouis: vel in eius aspectu natus erit boni noīs  
 bone legis ⁊ legalitatis ⁊ legis i q̄ fuerit obseruator. Et si fuerit in domo mar  
 tis: vel in eius aspectu ⁊ fuerit idem aspectus de quarto vel oppositōe nat⁹  
 erit homicida irascibilis malefactor male legis ⁊ vilipēdet legē suam.



### Decima domus.

Dic ponit significationes decime  
 domus. Dicit q̄ decima domus  
 est domus regni ⁊ sublimatiōis ⁊ exaltationis memorie ⁊ vocis  
 in imperādo ⁊ magisterioꝝ atq; matrū. Et significat dimidiū an  
 norum vite. Dicit anduzgag dñs triplicitatis decime. Primus si  
 gnificat opus nati ⁊ exaltatiōem suam ⁊ sedis sublimatiōem. sc̄ds significat vo  
 cem imperij ⁊ audaciā in imperādo. tertius significat stabilitatem atq; dura  
 bilitatem eius. i. q̄tum durabit in dñatione sua. Dicit Ptolemeus in. 1. 5. pro  
 positione centiloquij. Ascendētia inimicoꝝ regni ab eiusdem ascendente ca  
 dentia sunt ⁊ ascendētia dominantū in illo angulo eius. Ascendētia vero  
 ministrantium succedētia angulus. Ciuitatum autem ascendētia in earū  
 edificationibus iudicant omnia que in eis occidunt. Que vero ascendētia  
 sunt in regum ordinatiōibus quarūdam ciuitatum pronūciant omnia que  
 sub eorum regno fiēt: ⁊ ascendens apparitiōis alicuius secte in illis scilicet  
 ciuitatibus demonstrat quicquid sub illa secta futurum est in ipsis ciuitati  
 bus. Dicit ibi haly in cōmento q̄ signa cadētia sunt quorū nullus est angu  
 lus vel post angulum: ⁊ sunt quattuor: scilicet duodecimū tertium sextū ⁊ no  
 num ab ascendente. Et dicit q̄ notum est omni astrologo q̄ cum fuerit ascē  
 dens natiuitatis: aut aliquis angulus eius ascendens aut aliquis angulus  
 inceptionis regni fueritq; natiuitatis alicuius cui regnum congruat perfic  
 ietur ei regnum in illo regno: eritq; ei in illo honor ⁊ nō in alio. Quippe res



ges antiqui omnium nascentium in regnis suis natiuitates obseruabant: et cuiuscumq; ascendens deprehēdebant domū inimicorū regni uel sextum uel tertium uel nonum interficiebant ipsum puerū q; regnū ipsius esset contra regnū eorū. Et paucis interpositis dicit q; ascendens alicuius ciuitatis est signum cuius ascensione incipit quis collocare primū lapidem in illa. Ascendens secte est ascendens signū in tpe quo illa secta incipit preualere sup aliā sectam et susceperūt eam imozantes: et illud significat quātum durabit: et qd qd accidet in illa qzdiu durauerit. Dicit haly abenragel qn signū medij celi fuerit et signis igneis maxime si fuerit leo vl' aries: et sol in eo: et ps regis fuerit ibi in aspectu fortunaz natus sine vlla dubitatione rex erit.

**Vndecima domus.** Dic ponit significatiōes vndecime domus. Dicit q; vndecima domus est domus fortune et fiducie atq; laudis: et amicorū et ministrorū et auxiliatorū: et significat postremam medietatez medie vite. Dicit Andu: gāz q; dominus triplicitatis domus si



fiducie primus significat fiduciam. Secundus significat amicos. Tertius significat vtilitates seu profectus eorum. Dicit Ptolemeus in 39. ppōne centilo: quij; esse malū vndecime domus et eius domini in intronisatione regū significat quid accidet in consiliatorib; suis et eius substantia de malo: et eodē modo erit malum esse secunde significans: q; modicū adipiscetur populus euz illo rege. Dicit haly in cōmento. Astrologi cōuenerunt super hoc q; domus decima in omni ordinatione regum est locus eius: et vndecima auxiliatorū eius et ei; substātie et ascendēs est populi: et secunda substantie populi: et ideo impedit vndecima cōsiliatores: et secūda substantiam populi. Dicit haly abēragel in rōnibus hui; domus. Aspice ad dñm triplicitatis huius domus p; mūm: si inueneris eū receptū fortunatū et fortem iudica q; natus hēbit amicos multos lucra vtilitatē et bonū p; eis. Et si fuerit infortunat; et dānat; natus erit solitarius ab hominib; nō hñs amiciciam cū aliquo et retrahet et elongabit se ab illis qui procurant amorem et societatem ipsius. Et si dñs triplicitatis ipsius domus secūdu fuerit fortis fortunatus et receptus erit fortunat; honoratus et diues abundans in bono statu et bone vite. Et si fuerit ab hoc statu diuersus erit laboriosus: et indigens ac paupertatis et miserie manifeste. Et si dñs triplicitatis ipsius domus tertius fuerit fortunatus fortis ac in bono statu natus habebit filios remansuros post eum in bono statu et diuitijs et fortuna sua. Et si fuerit infortunatus debilis et cadēs ac in malo statu natus nō habebit filium q; post eū remaneat nec herede; sue generationis. Et scias q; melior status qz esse possit in amicorū causa est vt dominus ascēdentis sit receptus a domino vndecime domus eodem domino vndecime domus existente fortuna et in bono statu. quoniam quando sic fuerit habebit amorem et conuenientiam cum socijs et amicis.



**De decima domus.** Dic ponit significatiōes .iij. dom;. Et dicit q; .i. dom;

domus significat inimicos et labores tristitiā atq; inuidias et suurraciones et ingenia atq; bestias que equitant et significat sine

Vite: 7 qd cōtinget mulierib⁹ in imp̄gnari de. Dicit Anduzgas qd p̄m⁹ dñs tripli-  
 citatis hui⁹ dom⁹ sigf inimicos. s̄s sigf labores. tertius bestias magnas: 7 i  
 ponit sine dicit dices B est q sigf. i. 2. dom⁹. Dicit Haly abéragei in iudicijs hu-  
 ius dom⁹. Aspice p̄mit⁹ ad dñm triplicitas hui⁹ dom⁹ p̄m̄m⁹ 7 si inueneris eū  
 fortunatū fortē 7 altū iudica qd inimici nati appodiabūt eo sup eū 7 de se faci-  
 ent qcqd voluerit. Et si fuerit cadēs dānat⁹ 7 cōbust⁹ 7 p̄egrin⁹ nat⁹ appodia-  
 bit se sup inimicos suos: 7 ipsi ipediēnt: 7 accidet eis malū qd credebāt facef  
 nato. Et si dñs triplicitas s̄s hui⁹ dom⁹ fuerit fortunat⁹ natus hēbit modicas  
 tristitias 7 anxietates. Et si fuerit in diuerso statu erit multax impietātū 7 tri-  
 stitax 7 accidet ei labores 7 impedimēta 7 dāna magna in eo qd hz 7 in cor-  
 pore suo. Et si dñs triplicitas hui⁹ dom⁹ fuerit fortuna⁹ nat⁹ erit dyas-  
 lecticus 7 eloquētie bone 7 felix in rōnib⁹ 7 causis suis: 7 q̄ quēlibet aduersan-  
 tem sibi p̄sperabit. Et si fuerit in diuerso statu erit debilis rōnis ac loq̄le im-  
 pedite. nō habebit ius de aduersarijs 7 suis malefactoribus.

## **S**ignificāt 7 duodecim domus co-

lores. Sic ponit significatōes. i. 2. domoz quātum ad colores. Et dic  
 qd p̄ma dom⁹ 7. sūt albe. 2. 7 i. 2. virides: 7. 3. 7 i. sūt croceae. 7. 4. 7 i. o. sunt ru-  
 beae. 5. 7. 9. sunt hñtes colorē mellis. 6. 7. 8. sūt nigre. Postea dicit qd glibz pla-  
 netax hz in aliq̄ istax domoz quādā ptāte 3 accitālē q̄ vocaf gaudiū. Mercuri-  
 ri. n. gaudet in ascēdēte. luna gaudet in. 3. domo. Ven⁹ in. 5. Mars in. 6. Sol  
 in. 9. Jupiter in. i. Saturnus in. i. 2. Deinde dicit qd anguli significāt fortius  
 dinē 7 p̄fectionē. Cadētes vō ab āgulis significāt debilitatē 7 detrimētū exce-  
 pto qd. 9. dom⁹ 7. 3. significāt rem aptā: 7 detectā cū fama: 7 B iō q̄ sūt gaudia  
 luminariū sicut iaz dicebat qd sol gaudet in. 9. 7 luna in. 3. Et i. 2. domus 7. 6.  
 significāt occultatibez 7 vilitatē rez. postea dicit qd anguli. s̄p̄ma dom⁹ 7. i. o.  
 7. 7. 4. 7 dñi ipsoz angulorū significāt magnitudinē honoris 7 fortunē: 7  
 elōgationē a casu 7 ifortunio. Et p̄ntia dñoz angulorū in cadētib⁹ ab angul⁹  
 sigf ifortuniū 7 dedec⁹ 7 casuz. Et. i. i. dom⁹ q̄ succedit decime: 7 ei⁹ dñs signifi-  
 cāt fortunā mediā. i. significāt fortunā: s̄z nō tantā quātā. i. o. Et. 5. dom⁹ q̄ suc-  
 cedit q̄rte sigf fortunā mediā p̄ donatōes 7 cās filioz. Et s̄a domus 7 ei⁹ do-  
 minus significāt fortunā mediā ex cā s̄be ministroz 7 auxiliatoz. Et. 8. dom⁹  
 7 ei⁹ dñs significāt fortunā mediā ex s̄ba q̄ hereditaf a mortuis 7 a rebus oc-  
 cultis. Postea ponit significatōes dñoz anguloz cum fuerint p̄ntes in ipsis  
 angulis. Et dicit qd p̄ntia dñi ascēdētis in ascēdēte significat eius fortunā  
 p̄ semetipsum 7 p̄ ppriā acq̄sitionē. Et si fuerit in. 7. sigf acq̄sitiōes p̄ p̄ntes  
 7 vxores. Et si fuerit in. i. o. sigf acq̄sitionem p̄ magisteria. Et si fuerit in q̄rta si-  
 gnificat acq̄sitiōes p̄ hereditates 7 ex cā patrū 7 p̄ p̄ductiōes aquax 7 popu-  
 lationē terrax 7 ex rebus antiqs 7 radicalib⁹. alta littera hz eradicatib⁹. p̄re-  
 sentia vō dñi decime in. i. o. domo sigf fortunā p̄ regē 7 regnū magnū 7 p̄ ma-  
 gisteria alta. Et si fuerit in. 7. sigf regnū p̄ victoriā p̄tentionū 7 p̄ cās vxoz. Et si  
 fuerit in. 4. sigf regnū p̄ cās mistrorū regis 7 p̄ cultus terrarū 7 p̄ edificatio-  
 nes ciuitatū 7 diuisiōes fluminū 7 p̄ custodias ciuitatū 7 ex reb⁹ antiqs. Et si  
 fuerit in ascēdēte significat regnū p̄ ingenia 7 p̄ pingratē regis ex reb⁹ vulgi.

49

Præsentia Domini septime domus in septima domo significat fortunā p negotiaciones & per cōventiones & cōmendationes id est de positiones & p mulieres & p satores. Et si fuerit in quarta significat fortunā per cōventiones & negociaciones & per causas patrum & hereditatum & cultus terre. Et si fuerit in ascēdēte significat fortunam per cōventiones & negociatōdes & p causas medicine & astronomie & p opa spiritualia atq; ingenia & cetera familia. Et si fuerit præsens in decima significat fortunā p cōuentōdes & negociatōdes & vxores & p causas regni. Præsentia vero Domini quarte domus in quarta domo significat fortunā ex fructu & p causas patrū atq; p res antiquas. Et si fuerit præsens in ascēdēte significat fortunam ex cultu terre & fructu p pfunditatē cōsiliij & ingenium: & si fuerit pñs in decima domo significat pfectū ex cultu terre & fructu p cās regum & magisterioꝝ. Et si fuerit pñs in 7. domo significat fortunā ex cultu terre & ex parte muliez & p cās vxoz & satorū & p negociatōnes. Deinde dicit hec q̄ dixim⁹ significat Domini angulis ita intelligas de alijs domibus suo modo scdm naturā scilicet cuiuslibet domus: & dicit quod ideo introduxit Dominos angulorum: vt sint exemplar in alijs domibus.




## **E** cū uolueris scire planetā do

minatozem. Sic auctor docet eligere significatorem: & pōt diuidi in duas ptes: qm̄ in prima parte facit q̄ dictū est. In secūda parte ponit exemplū ibi. Verbi gr̄a. Sñia auctoris est ista q̄ in cognoscēdo significatōre rei debemus aspicerē ad duo. pmo debemus aspicerē ad domū in qua est natura illius rei cuius querimus significatōre. Secundo debemus aspicerē ad planetā q̄ de sui natura significat illā rem. vbi gr̄a. Si q̄stio fiat p substantiā debem⁹ aspicerē ad 3as domū q̄ est domus substantiæ: & cum hoc debemus aspicerē ad Jouiē q̄ significat de ppria nā substantiā. Et si q̄d fiat de muliere debemus aspicerē ad septimā domū q̄ est dom⁹ muliez & cū hoc debem⁹ aspicerē ad venerē q̄ de ppria nā est significatris mulierū: sic de alijs secūdū proprias naturas domoz & planetaz. Est tñ intelligendū q̄ planetā quē eligim⁹ ex pte domus dēmus tenere p significatōre pncipali. Et planetā q̄ sigt naturā rei debemus facere pncipes in significatōne. Est ergo sentētia littere: cū uolueris scire planetā dominatōrē siue significatōrem rei aspice quis planetaz habeat plures fortitudines in domo rei q̄ site ex fortitudinibus dictis in. c. de fortitudinibus & dignitatibus ipsorū. Et ille qui abundat in numero fortitudinū ille est dñator siue significatōr. Et est intelligēdum q̄ in interrogatōibus ascēdens siue pma domus semp attribuitur querēti & planeta abundās in numero fortitudinū in domo illius rei de qua fit questio est significatōr rei quesite. Auctor ponit exemplum in littera. Et dicit si interrogatus fueris s̄ substantiā. & uolueris scire q̄s planetarū sit dominator siue significatōr ei⁹ & fuerit scda dom⁹ que est dom⁹ substantiæ. 5. gradus arietis: q̄ aries est dom⁹ martis hēt ibi mars q̄q; fortitudines. Et est exaltatio solis & id sol hēt q̄tuor fortitudines ratione illi⁹. Et ē et solis triplis

citas 7 rōne illi<sup>9</sup> hēt ibi tres fortitudines: 7 est terminus ionis: 7 rōne illi<sup>9</sup> hēt  
 ibi duas fortitudines: 7 facies martis: 7 rōne illi<sup>9</sup> hēt ibi ynam fortitudinem.  
 Sol igit hēt ibi. 7. fortitudines 7 mar<sup>9</sup> sex 7 Jupiter duas: patet ergo q<sup>d</sup> sol hēt  
 ibi plures fortitudines. Et talis planeta. s. habēs plures fortitudines vocat<sup>r</sup>  
 almutam id est vincens. ergo sol in tali figura esset significat or<sup>is</sup> substantie 7 co  
 dem modo faciendum est. de alijs.

**X** potestatibus quoq<sup>3</sup> planeta  
**rū** accidētalibus. *Ista ps<sup>9</sup> priuat sic. p<sup>ri</sup> auctor  
 determinauit de dignitatibus  
 planetarū cēntialib<sup>9</sup>. Dic determinat de dignitatib<sup>9</sup> ipsorū accidētalib<sup>9</sup>:  
 b<sup>9</sup>: 7 expedit se breuissime dicēs: q<sup>d</sup> ē vna dignitas accēntialis plāctarū q<sup>d</sup> vocat<sup>r</sup>  
 haiz 7 est hec vt planeta diurn<sup>9</sup> sit in die sup terrā 7 in nocte sub terra. Et plāc  
 ta nocturn<sup>9</sup> sit in nocte sup terrā 7 in die sub terra. Et est si sit plāeta masculin<sup>9</sup> q<sup>d</sup>  
 sit in signo masculino 7 feminin<sup>9</sup> i signo feminino tūc dī plāeta eē i suo haiz. i.  
 in sua silitudine: 7 erit tūc fortitudo sua sicut fortitudo viri in loco sui pfect<sup>9</sup>  
 7 lucri atq<sup>3</sup> fortune. Et sic cōpleta est expō p<sup>ri</sup>me dñe alchabicij itroductorij ad  
 magisteriū iudiciorū astroz. Quidā hō iterrogauit de qdā abfēte vtrū eēt  
 motu<sup>9</sup> vel viu<sup>9</sup> 7 fuit ascendēs qōnis. 20. gradus leonis 7 icidit talis figura.*



50

Aspexi in hac questione et dedi ascendens et elus dominum et lunam absentem pro quo facta fuit questio. aspexi et inveni dominum ascendentis in medio celi: propter quod videbatur prima facie quod viveret in prosperitate: sed quia inveni saturnum in angulo orientis prope angulum infra duos gradus dubitavi de vita illius specialiter: quia ibidem infortunavit partem fortune. Deinde aspexit ad domum mortis et inveni venerem fortiozem ibidem id est in domo mortis plura habere testimonia quia exaltationem et triplicitatem. aspexi ad locum eius in figura et qualiter se haberet ad ascendens et ad dominum ascendentis et ad lunam et inveni eam aspicientem ascendens aspectu quarto et saturnum ibidem existentem eodem aspectu propter quod magis dubitavi de vita. Deinde aspexi ad lunam et inveni eam oppressam sub radijs solis hoc fuit unum signum mortis. Inveni etiam lunam separatam a venere euntem ad coniunctionem domini ascendentis et transtulit naturam domini domus mortis ad dominum ascendentis. Hoc fuit certius signum mortis. Ex his collegi quod homo ille pro quo facta fuit questio esset mortuus: inuentumque est ita. Et quia Saturnus existens in ascendente fuit dominus septime domus significator uxoris illius pro quo facta fuit questio: et venus significatrix mortis aspexit eum significabat hoc quod forte interfector commiserat fornicationem cum uxore illius pro quo questio facta fuit.



## Differentia secunda in naturis septem planetarum.

Ista est secunda differentia huius libri in qua auctor determinat de naturis septem planetarum. Et potest dividi in quattuor partes: quoniam primo determinat de naturis et proprietatibus septem planetarum. Secundo determinat de ordine seu principatu planetarum in septem diebus. Tertio de natura capitis et caudae draconis. Quarto determinat de ordine planetarum in domino dierum et horarum. Secunda pars incipit ibi de ordine vero planetarum. Tertia ibi: caput draconis. Quarta ibi: si autem fuerit aliqua dies. Prima pars dividitur in septem partes: quoniam primo ponit naturam saturni. Secundo iouis. Tertio martis. Quarto solis. Quinto veneris. Sexto mercurij. Septimo lune. ubi partes incipiant patet in littera. Primo ponit naturam saturni et quid significat ex rebus et moribus hominum et ex sectis et cetera. que omnia plane apparet in littera usque ad illam partem de annis fridarie. Circa quam parte est intelligendum quod quando dicitur anni fridarie saturni sunt. intelligendum est annus gubernationis in vita nati. Ad cuius evidentiam est sciendum quod in natiuitate diurna incipit fridaria a sole et gubernat ipsum. i. o. annis. postea gubernat ipsum venus secundum quantitatem annorum suorum. Deinde mercurius: et sic secundum ordinem planetarum cundo usque ad finem vite. Si autem natiuitas fuerit nocturna incipit gubernatio a luna et gubernat ipsum secundum quantitatem annorum suorum. Post lunam gubernat ipsum saturnus secundum quantitatem annorum suorum: et sic secundum ordinem planetarum. De hac materia est capitulum proprium in quarta differentia et ibi diffusius loquitur de hac domino concedente. Quando autem dicitur in littera: maximi dies

intelligendum est de annis quos dāt planete in duratione rerū scilicet in se-  
 ctis 7 in alijs magnis rebus. Quando autem dicit maiores 7 medij 7 mino-  
 res intelligendum est de annis quos dant planete in natiuitatib<sup>9</sup> hoium ad  
 viuendū: sicut dico de saturno ita de alijs planetis intelligas. Dicit Ptole-  
 meus in 82. ppositiōe prime partis maius ac fortius opus saturni est infri-  
 gidare 7 desiccare modicū ppter fortitudinē frigidis: 7 videt hoc eē pro eo  
 quod est elongatus multū a calore solis 7 humidis fumositatibus terre. Dic  
 Albumazar redarguit Ptolemeū 7 ponā deo dante ratiōes suas in fine hu-  
 ius partis de naturis planetarū. Dicit Haly in cōmento ppositionis palle-  
 gate quod ptolemeus vult dicere q̄ saturnus facit h̄ opus eo q̄ op<sup>9</sup> suū est  
 multū elongatum ab ope solis quod est opus caloris: 7 a luna cuius op<sup>9</sup> est  
 attrahere humores: q̄ quādo inspexit comparationē saturni cum sole 7 lu-  
 na inueniet qd̄ ambobus erat contrarius: 7 ppter hoc dixit quod conuenit  
 vt frigidus sit 7 siccus. Et ptolemeus met glosauit hanc comparationem in  
 eo quod sequitur. Dicit ptolemeus scire quidem virtutem huius planete 7  
 aliorum erit ppter rectificationē figurarum in respectu solis 7 lune quoniā  
 earū aliquas videmus mutātes aerē vna manerie mutatiōis 7 earū aliquas  
 alia manerie in diuersis ordinatiōibus mutatiōis augendi 7 minuendi. Dicit  
 Haly in cōmento. Si memoriā hēs d̄ eo q̄ tibi diximus quō pbare possum<sup>9</sup>  
 stellarū virtutes: glosa nō indiges in hoc. Et si huius oblitus es ausculta. dico  
 tibi qd̄ sol 7 luna eo quod eorū opera magis apparent quā opera aliarū stel-  
 larum. 7 sunt nobis magis manifesta: 7 opera reliquarū stellarum abscondita  
 vidētur: cōuenit vt inspicias ad stellas habētes cōmunitarem cū duob<sup>9</sup> lu-  
 minaribus per figuras: idest p aspectus si augēt in suis operibus vel ab eis  
 minuunt: 7 sicibus inspiciēdo ad omnes: donec certitudinē scias oīum nō se-  
 mel sed pluries. Et si inueneris quod semp sequātur vnam manerie operan-  
 di scies p certo cuiusmodi virtutem habent. Dicit Haly abenragel de natu-  
 ra saturni. Saturnus est planeta senex magnus fessus vilipensus anxietatus  
 tristitiaz longarū infirmitatū. natura eius est frigida 7 sicca 7 assimilatur me-  
 lancolic que gubernatur de oibus humoribus: 7 nullus de ea. Quā fuerit ali-  
 mutalicuius natiuitatis: 7 ipse in cancro natus erit turpissimi vultus 7 mis-  
 rabilis creatura in forma 7 visione sua: ita qd̄ expauescent 7 mirabūtur quot  
 quot videbunt eum 7 audient loqui de ipso. Dicit alfraganus quod corpus  
 saturni est. 9 i. vicibus tantum quātum terra.

## **I**upiter fortuna masculus. Dic ponit naturam

**I**ouis 7 planum est quod dicit in littera. Jouis autē virtutū opus  
 est cōplexionis tēperate 7 loc<sup>9</sup> sui motus est medianus inter fri-  
 giditātē saturni 7 calozē martis 7 ppter hoc puenit vt calefaciat  
 7 humectat. Dicit Haly in cōmēto. multi crediderūt cū audierūt hoc verbū  
 Ptolemei quod opera stellarū secūdū ei<sup>9</sup> opinionē sequerent loca sphaera-  
 rum scdm̄ q̄ vna existit supra aliā sicut credidit hiza auēquilon 7 alkindus 7  
 alij qui cum talibus ratiōibus nos impediuerūt. Ego vō dico q̄ si opa stela-

larū sunt secūdū naturā quomodo possunt scri propositiōes q̄drutiales qm̄  
 radices harum ambar sciētiarū diuerse sūt vna. s. ab alia. Amplius si oīa cor  
 pora celestia nō sunt alicuius cōplexionis: calide: humide: frigide: neq; sicce  
 sicut pbauit Aristoteles quō pōt Jouis complexio temperari eo qd̄ sphae  
 ra sua existat inter illā martis ⁊ saturni. Nam si bene ad dcm̄ inspexeris Pto  
 lemei inuenies nō esse put ipsi crediderunt. Et postq̄ docuit nos viam qua  
 scirent virtutes stellarū ponit hoc vice alia in hoc loco dicens quod qm̄ pro  
 bauerimus modū operis qd̄ operat in aere nos circūdante inuenimus q̄  
 est medianus inter magnā frigiditatem quā facit saturnus ⁊ magnū calorem  
 quē facit mars: ⁊ hoc affirmat id qd̄ dixit qd̄ calefacit: ⁊ humectat: dicit Haly  
 abenragel iupiter ē planeta equalitatis: cōitatis: bonitatis: melioramētū: in  
 tellectus: sensus: ⁊ pietatis: ⁊ temperatus est equalis ⁊ fortuna p aspectum  
 ⁊ corporalem cōiunctionem significat bonitatem meliorationem legem sim  
 plicitatē ⁊ castitatē dirigit ⁊ nō dānat: populat ⁊ nō destruit: abhorret saturn  
 num ⁊ eius naturas. Quando deus incepit creare mundum erat in domo  
 ascedēte lucet in ariete tauro ⁊ gemini: ⁊ minuit lux sua in cācro leone ⁊ vir  
 gine. obscurat in libra scorpiōe ⁊ sagittario: ⁊ minuit eius obscuratio in cap  
 corno aq̄rio ⁊ piscibus. Dic alfragan⁹ q̄ corpus Jouis est. 9. s. tm̄ q̄stū terra.

**Ars masculinus.**

Dic ponit naturā mars ⁊ pa  
 tet in littera. dicit Ptoleme⁹



Mars pprie deficcet ⁊ p vim nature sue comburit eo qd̄ igneus  
 hz colorem: ⁊ quia circa solem est ⁊ qm̄ sphaera in qua sol consti  
 tit posita est sub eo. dicit Haly in cōmento Ptolemeus vult dice  
 re q̄ opus virtutis martis id est q̄ experimur inuenimus siccitatis magne.  
 Ad id quod dixit q̄ virtus martis comburit eo qd̄ igneum hz colorez. Dico  
 quod stelle sunt substantie simplicis ⁊ non composite ex naturis diuersorū  
 elementorū: apparitio sui coloris est recta eo quod ibi nō est aliqd̄ quod mu  
 tet colorem cōuenientem eidem substantie. Ptolemeus autem docet nos p  
 hoc dictū: regulā q̄ scimus virtutē stellarū quā p nos intelligere nō possumus  
 ⁊ possumus eā intellegere per colorem. In hoc enim dicto adest dubiū qd̄ nos  
 soluere opz. Nam multi credunt q̄ color nō ostendat virtutē rei ⁊ hoc est ve  
 ritas in terrenis propter comissionem elementorū que in eis est. tñ in celesti  
 bus nō est ita: qz eorū substantia non est vllō modo composita ex aliquo elemē  
 to. Et pp hoc redijt ptolemeus ad probādum hanc virtutem alio modo di  
 cens: ⁊ qz existit circa solem: ⁊ qz sphaera in qua est sol posita est sub eo vult  
 dicere quod accidit: vt sit veritas res ista quia virtus martis comburit eo q̄  
 existit circa solem: ⁊ qz sol est sub eo ⁊ cōmiscet virtus sua cū illa solis fit cali  
 dus multū ⁊ siccus: ita q̄ sine temperamēto comburit. dicit Haly abenragel  
 mars est planeta calidus ⁊ siccus igneus: destructor: iratus: victoriosus: dili  
 gens occidere ⁊ interfecidiōes: rixas: litigia: cito irascit ira fortitotū cor suum  
 exponit in rebus suis agēdis: prelia facit ⁊ destruit populationes. Exaltatio  
 sua est in domo saturni. s. in capricorno q̄ significat clamores impedimēta ⁊  
 gentē stultā ⁊ guerratiōes. Cōuenit saturnus marti in infortunio ⁊ resistit ei  
 in frigiditate ⁊ tenebrositate. ⁊ inclinat solū amore sui ⁊ defendit auxilio eius

qm̄ sol exaltat in domo sua ⁊ gubernat eum de calore ⁊ siccitate q̄s recipit ab eodē: pprietas ⁊ nā sua continet ⁊ appropinquat pprietati ⁊ nature solis. nescius est ⁊ obliuiosus modici intellect⁹ ⁊ diminut⁹ sensu nec p̄siderat rerū fines: per eū ⁊ per ascensum ⁊ per descensum ei⁹ in circulo suo crescit ⁊ decre scit estatis calor ⁊ hyemis frigiditas oī anno. Dicit alfragan⁹ qd̄ mars p̄inet q̄tatem terre semel ⁊ dimidiū ⁊ octauā p̄tem eius.

**S**ol per aspectum fortuna. hic ponit naturā solis  
 Solis ⁊ littera glosa non indiget. Dicit Ptolemaeus cognita res est qd̄ opus substātie solis est calefacere ⁊ dare aliquātulū siccitatis ⁊ hec opera magis pprie sentiunt ⁊ leui⁹ scita sunt oibus alijs ppter magnitudinē solis ⁊ ppter manifestaz mutationem quam per tempora anni facit ⁊ quanto magis accedit ad nostra capita tanto magis calefacit. Dicit Daly abenragel scito qd̄ sol est lumen ⁊ candela celi gubernator mundi factorum temporum: per eum sunt planete oriētales ⁊ occidentales: ⁊ per eum sunt apparetēs ⁊ occulti: ⁊ per eum mouetur omnis res se mouēs: per eū nascit̄ omnis res nascēs: crescit omne foliū ⁊ maturat̄ omnis fructus. Ipse est spirit⁹ celi magnus cum eo viuificant̄ signa: ⁊ quodlibet signum quādo est in eo hēt maioritatem super alia signa. quoniam ipm̄ viuificat ⁊ illuminat ⁊ dat ei fortitudinem ⁊ calorem ⁊ applicat calorem ⁊ fortitudinem ⁊ v̄tutem illius signi terre: q̄ natura ⁊ facta sua apparent in oibus reb⁹ ⁊ in cūctis aiatis ⁊ in aiatis existentib⁹ in terra. Et qm̄ exit de signo in quo est remanet illud signū in similitudine corpis defuncti. Est planeta magni dominij potentie nobilitatis altitudinis ⁊ magnitudinis. est fortuna per aspectum ⁊ infortuna per p̄suctionem corpalem. Vidēs enim qm̄ aliqs planeta coniungit sibi: cōburit ⁊ vincit eū ⁊ extinguit lumē ⁊ lucē suā. Locus suus in celo est q̄rtus. s. medius. ⁊ planetarū: sicut rex sapiēs qui per sensum manutinet regnum suū ⁊ per cōsiderationem ponit sedē suā in medio regni sui vt per oia latera attingat. Dedit marti militiā suā ⁊ qd̄ eē dux militie sue: q̄ celū solis est sub celo martis ⁊ cōuenit natura ⁊ calor suus cū natura ⁊ calore illius. Dedit Joui sua iudicia ppter temperiē honestatem saluationē ⁊ sue cōplexionis salurē: ⁊ q̄ nō est in eo qualitas mala nec peccādi natura. Dedit regnum saturno q̄ omnes planetę sua lumina mittūt ad eum ⁊ suas cōsiderationes. Dedit veneri collectio nem reddituū ⁊ vendendi redditus ⁊ emēdi: q̄ celū eius applicat suo ⁊ sunt vicini. Dedit mercurio scribaniam: q̄ status eius est sicut status scriptoris regis qui vadit qm̄ ille vadit ⁊ sedet qm̄ ille sedet. Dicit lune algazilaticum: q̄ est similis algazilo regis qui facit sua mādata ⁊ defert ea quocūq̄ scipit. Dicit alfraganus auct oritate Ptolemei quod corp⁹ solis continet corpus terre cētes sexagesies sexies ⁊ aliquātulum plus.

**V**enus fortūa femina nocturna.  
 hic ponit naturam veneris ⁊ patet in littera qd̄ dicit. Dicit Ptolemaeus venus ipsamet opera Jouis facit ppter temperamētū sue cōplexionis excepto qd̄ est Joui in re vna cōtraria: q̄ calefacit pa





rum significantium pluuías 7 per eum 7 per mutationem suã de signo in signum: 7 per eam statum ac retrogradationem 7 directionem ipsius 7 per oppositiones 7 coniunctiones suas sciens motus ventorum 7 ei⁹ fortitudines. s. si erunt fortes vel debiles in oibus partibus illius anni: quoniam quando erit de vno signo 7 intrat aliud: vel quando est stationarius aut retrogradus significat ventos fortes humiditates 7 pluuiam 7 in aere accidentia de nubibus turbationes 7 his similia. Similiter qñ est in oppositione lune existente luna in aliquo signorum aqueorũ vel aereorũ significat quod pdixim⁹. In reuolutione annorũ mundi hêt magnã 7 veridicã significationẽ sup tenentes officia regũ. Afraganus dicit q̄ quãtitas corporis mercurij est vna ps de 32. milibus pitibus corporis terre.

## **¶** Vna fortuna femina nocturna.

**L**ic ponit naturam lune. s. in littere patet. Dicit Ptolemeus maior virtus lune est humectare: pro eo q̄ est multum circa terram 7 ppter fumositatem frigidam que per eam eleuat. 7 ppter hoc ad statum talem mutant corpora manifesta mutatione: q̄ facit mutari 7 putrescere corpora vt plurimum: 7 hêt etiã cum sole participationẽ modicã in calore pro eo q̄ recipit lumen ab eo. Albumazar redarguit Ptolemeũ in causa naturarum planetarum 7 sunt verba sua ista: quoniam plures reges græcie fuerunt sapientes post Alexandrum filiũ Philippi: vocabaturq; vnus quisq; eorum Ptolemeus: fueruntq; numero decem. 7 vna mulier: erantq; regnantes in egypto: 7 fuerunt anni regni eorum. 275. fuerunt vniuersi sapientes ex quibus fuit Ptolemeus vnus qui edidit librum almagesti sup causam motus circuli 7 q̄cquid in eo est ex planetis. Et quidam eorum edidit librum de iudicijs astrorum referens eam ad Ptolemeum auctorem libri almagesti. Diciturq; q̄ ille qui edidit librum iudiciorum ipse edidit librum almagesti: nesciturq; veritas huius rei: sed ille qui ex eis edidit librum iudiciorum narrauit in libro suo naturas planetarum 7 eorum causas. Incepitq; dicere q̄ sol calefacit in suauitate ac mora 7 q̄ opus eius sit in hoc euidentius 7 fortius opere ceterorum planetarum ppter magnitudinem eius 7 quãto magis eleuat ad zenith caput nostrorum auget nobis calor. Et putauit q̄ natura lune sit humida ppter proximitatem circuli ei⁹ a terra 7 ppter receptionẽ vaporum. q̄ ad eã eleuantur ex ea. Et putauit q̄ natura saturni sit frigida 7 sicca ppter longitudinem circuli eius a calore solis 7 longitudinez ei⁹ ab humiditate vaporum terre. Et putauit q̄ mars natura esset calida 7 sicca eo q̄ color ei⁹ similis est igni: 7 q̄ est ppe solem 7 q̄ est sub eo erigiturq; calor eius ad eum 7 calefacit eum. Et putauit q̄ Jupiter sit equalis complexionis: eo q̄ sit eius circulus inter circulos saturni 7 martis. Et ppter hanc causã est natura eius calida humida equalis 7 temperata. Et putauit q̄ veneris natura sit calida humida equalis. calor autem eius ex ppingrate circuli ei⁹ a sole. Humiditas vero ex vapore humido qui contingit eam ex terra. Putauitq; q̄ natura mercurij sit in quibusdam horis sicca 7 in quibusdam humida. Siccitas ei⁹ pppropingritatem ei⁹ a sole 7 q̄ non elongatur ab eo elongatione maxima.

Humiditas vero eius ppter proximitatē circuli eius circulo lune. Hoc est q̄ pu-  
 tauit Ptolemeus in naturis planetarū: hoc est ratio qua usus est super hoc.  
 Sed nos dicemus nunc q̄ sit in eius dictis pungendus idest reprehensione  
 dignus nā q̄ putauit ex sole ꝛ calefactiōe rerum ab eo in suauitate ꝛ mōra B  
 inuenit ex suo ope. quod autem dixit q̄ natura lune sit humida ppter primi-  
 tatem circuli eius a terra ꝛ receptione vaporum qui erigunt ex terra ad eam  
 hoc repellit a sapientibus eo q̄ spaciū quod est inter faciem terre ꝛ propin-  
 quiorē locum in quo est luna sit. 128044 miliariorū: fere ea mensurā qua  
 sit vnum miliarium. 3000. cubitorum. Et hoc patet in libro in quo narrantur  
 longitudines corporum superiorum ab iuicem. Et non plus eleuant vapores  
 a superficie terre scdm q̄ narrauit Ptolemeus q̄. 16. stadia scdm q̄ sta-  
 diū quadringentorum cubitorum est: nam. 16. stadia faciunt duo miliaria  
 ꝛ decimam ac tredecimam vni miliarij fere. longitudo vō lune qm̄ magis p-  
 pe est superficie terre est vt diximus. 128044. miliariorū: fere. vñ ergo vel quōd  
 applicat vapor terre ad lunā quousq̄ corrūpat vel mutet nām ei⁹. Per mo-  
 dum p̄similē reprobat ipm̄ in naturis aliorum planetarum: sed p̄trans eo cā  
 breuitatis. Haly in cōmēto p̄positioni p̄allegate de natura lune rñde. t ad rō-  
 nes Albumazaris. Dicit enim Haly exponēs verba Ptolemei p̄mo Postq̄  
 docuit nos Ptolemeus q̄ virtutes stellarum corporū suorū sequunt magnitu-  
 dines ꝛ corpus lune parū est sicut in almagesti narrauit ꝛ eius opus sequit  
 opus solis pte vna. Dicit hic q̄ est hoc pro eo q̄ multum est ppe terrā ꝛ pue-  
 nit ad nos eius virtus anteq̄ mutet ꝛ ppter hoc apparet eius opus magis  
 q̄ opus aliarum stellarū. Et videmus visibiliter q̄ attrahit humores terre ꝛ  
 corporū: eā sequentiū ꝛ pro eo q̄ hēt lucē a sole operat in terrenis calorē mo-  
 dicum accidentalē cum quo facit putrescere ꝛ mutari humores existentes in  
 corporibus sicut ostensum est in phisica ꝛ in nā. Et manifestum est q̄ lux facit  
 calorē. ꝛ pōt hoc p̄bari per specula que cōburūt ꝛ hīta. ꝛ q̄ luna lucē hēt  
 a sole cōuenit vt hēat modicū calorē quem facit sicut per acidens. Et hoc  
 est id quod vult dicere Ptolemeus. Et q̄ hoc non intellexit Albumazar cre-  
 didit q̄ erraret in dicto suo dicens quōd pōt fumositas humida ad lunā ascē-  
 dere cū fumositas ascendere nequeat ultra. 16. stadia ꝛ luna satis longi⁹ est.  
 Ego vero risi de dictis talibus qualia sunt hec: ꝛ dixi qualiter nō intellexit hoc  
 q̄ Ptolemeus noluit dicere q̄ fumositas humida ascēdat usq̄ ad lunā: sed  
 dixit q̄ ascensus fumositatis humide qui est uersus lunā docet nos q̄ attra-  
 hit humores terre ꝛ aliorū corporum eam sequentiū sicut adamas trahit fer-  
 rum. Alfraganus dicit auctoritate Ptolemei q̄ magnitudo corporis lune est  
 vna pars de. 39. partib⁹ terre: ꝛ dicit q̄ maius corp⁹ oīū corporū vniuersi est sol  
 ꝛ post solē. 15. maxime sunt stelle: dicit enī q̄ vnaqueq̄ earū tenet corp⁹ terre  
 centies septies. Tertio in magnitudine est Iupiter: ꝛ q̄rt⁹ saturn⁹. Post saturn⁹  
 nū sunt stelle fixe scdm ordinis q̄rum qlibet p̄tinet terram nonagesies. Post ip-  
 sas sunt stelle tertij ordinis q̄rum vnaqueq̄ p̄tinet terras septuagesies ꝛ bis.  
 Post ipas sunt stelle q̄rti ordinis q̄rū qlibet p̄tinet terram. 54. Post ipas sūt  
 stelle q̄nti ordinis q̄rum qlibet p̄tinet terram. 37. Post ipas sunt stelle sexi  
 ordinis ꝛ minor: illarū immo minor: oīum que vident: q̄rum probatio est pos-

fibilis continet terram. i. 8. Maius corpus post ipsas est mars. post martem  
 terra: post terrā venus: post venerē luna: z ultimo mercuri⁹. Patet igitur secu-  
 dum alfraganum q̄ maius omnium corporū est sol z minus mercurius ex-  
 ceptis generabilibus z corruptibilibus. De longitudine istorum corporum a  
 terra dicit alfraganus q̄ ppior longitududo lune a terra est. 33 tantum quan-  
 tum dimidiū diametri terre z. 20. pars eius: eritq; hoc. i. 04 i 2. miliaria.  
 Et est longitududo longior lune q̄ est ppior lōgitududo mercurij sexagesies qua-  
 ter tantū quātūm dimidiū diametri terre: z. 6. pars eius qd̄ est. 208542. mi-  
 liariorum. Et lōgitududo lōgior mercurij que est ppior veneris est centū sexa-  
 gesies septies tantum quantū dimidiū diametri terre qd̄ est 542750. millia-  
 riorū. Et longitududo veneris longior q̄ est ppior longitududo solis est millesies  
 z ceties z vigesies tantū quantum dimidiū diametri terre qd̄ est. 3640000.  
 miliariorum. Et lōgitududo solis longior que est ppior lōgitududo martis est  
 i220. tantū quātūm semidiameter terre quod est. 3965000. miliariorū. Et lō-  
 gitududo martis longior q̄ est longitududo iouis ppior est. 8876. tantū quātūz  
 semidiameter terre qd̄ ē. 28847000. miliariorū. Et lōgitududo iouis lōgior q̄  
 ē ppior lōgitududo saturni ē. 14405. Tantū q̄stū semidiameter terre q̄ ē. 46  
 816250. miliariorū. Et lōgitududo saturni lōgior q̄ ē eq̄lis lōgitududi stellaz fixaz  
 z est quātitas dimidij diametri circuli signorū est. 20 i i 0. tm̄ quātū semidia-  
 meter terre qd̄ est. 65357500. miliario. Et cū duplicatū fuerit hoc pueniet  
 quātitas totius diametri circuli signorū. i. octauae sphaere q̄ est. i. 307 i 5000.  
 miliariorū. Et cū multiplicatū fuerit hoc per. 3. z septimā vnus maioris de-  
 scripti in octaua sphaera que est. 410818570. miliariorū: eritq; mensura vni-  
 uscuiusq; gradus circuli maioris. i. 14 i 160. miliaria.

## E ordine uero planetarum. Dic pos nit'ordi

**D** nem planetarum in conceptionib⁹ puerorum scilicet ordinē in  
 gubernādo fetum q̄zdiu est in vtero matris. Dicit q̄ saturn⁹ gu-  
 bernat ipsum ab hora cōceptionis vsq; ad finem vnus mensis.  
 In scdo mēse gubernat ipsuz Jupiter. In tertio mars. In q̄rto sol. In q̄nto  
 venus. In sexto mercuri⁹. In septimo luna: z pp hoc vt dicit puer in septimo  
 mēse petit exitum: q; opera omnium planetarum sunt in eo completa: z qui  
 tunc nascuntur possunt viuere ppter eādē causam. Deinde reperitur gu-  
 bernatio ad saturnū z gubernat ipsum in octauo mense: z tunc qui nascūtur  
 nō uiuūt proppter malitiā saturni. Deinde gubernat ipsum Jupiter in nono  
 mense: z tūc cōiter nascūtur z uiuūt ppter bonitatem iouis. Deinde ponit or-  
 dinē planetarū in regimine corporis post natiuitatem quātūm ad processuz  
 in etatibus: z dicit q̄ luna icipit natū regere ab ingressu eius in mundū: z re-  
 git ipsum quattuor annis qui sunt anni nutritionis. Deinde mercuri⁹ regit  
 ipsum decem annis. Deinde venus octo. Deinde sol nouem. Deinde mars  
 i 5. post hoc Jupiter. i2. Deinde saturnus vsq; ad finem vite.

**caput draconis.** Dic ponit naturam capitis z caude dracos  
nie z patet.

**I** autē fuerit aliqua dies. Dic ponit ordinē pla



netarū q̄stum ad dñm dierū z horaz. Dicit q̄ aliq̄ dies sit alicui<sup>9</sup> planete. p̄ma hora illi<sup>9</sup> diei s̄m q̄ p̄ma hora ic̄ipit ab ortu solis ē illius met z. 2.<sup>a</sup>. hora est plāete qui succedit in ordine celoz descēdēdo. z. tertia tertij planete in ordine: z sic per ordinē usq̄ ad finē. i. 2. horaruz diei artificialis. Et ille planeta cui<sup>9</sup> est. i. 3. hora ille est dñs illius noctis: z cui<sup>9</sup> est. 2. 5. hora. s. p̄ma hora diei sequētis illius est dies sequens. z auctor ponit exemplum in littera. ideo non est necesse vt ponam. z sic completa est expositio secunde differentie huius libri.

**Q**uia annuente deo. Ista est tertia



differentia hui<sup>9</sup> libri in qua auctor determinat de esse planetarum in semetipsis z de esse eorum adinuicem scilicet vnus ad alterum. Et diuidit in duas partes: quoniam in p̄ma determinat de esse eorum in semetipsis. In secunda parte de esse eorum adinuicem. secunda est ibi. De esse autē ipsorum adinuicem. Et illa diuidit in duas: qm̄ p̄mo determinat de esse qnqz planetarū respectu luminariū. Sc̄da de esse eoz iater se. sc̄da ibi: ē aut p̄uo de terminat de esse eoz in seipsis. Et est snia littere talis. Planete aliquādo dicunt ascendētes z aliquādo descendentes: z aliquando dicunt aucti lumine z magnitudine: z aliquādo diminuti lumine z magnitudine. Et quādoqz dicunt aucti numero z qnqz diminuti numero. Et qnqz dicunt aucti motu z qnqz diminuti in motu. Et omnes planete p̄ter solem dicunt qnqz septentrionales z qnqz meridionales. Et dicunt ascendentes z descēdētes in septentrione z meridie. Ista sunt que accidunt planetis in semetipsis. Et ista exponit auctor per ordinē in littera dicēs q̄ planeta qnqz ascēdit in circulo suo eccentrico ita q̄ sit in superiori parte eccentrici sui nō distans ab auge per. 90. gradus ante vel retro z tunc lumen eius apparet minus z etiam apparet minor in quantitate z eius cursus est tunc tardus quantum ad motū centri epicycli z dicitur tunc fortior. Quando autem est aliqua longitudinum medianum eccentrici sui. s. distans ab auge per. 90. gradus precise tunc est equalis in lumine z magnitudine z cursu. i. non dicitur magnus neqz parvus in lumine vel magnitudine z motus centri epicycli est equalis cum medio motu ipsius. Cum vero fuerit extra hec loca scilicet distans ab auge plus. 90. gradibus ante vel retro tunc descendit z apparet maior lumine z magnitudine z mouetur centrum epicycli tunc velocius q̄ medius motus ipsius. Et cū fuerit argumentum planete equatum minus. i. 80. gradibus scilicet quando ad dicitur equatio argumenti super medium motum tunc dicitur auctus numero. Et si argumentum equatum fuerit plus. i. 80. gradibus. s. quando equatio argumenti subtrahitur a medio motu tunc dicitur numero diminutus. Sed in luna quando addit equatio dicit aucta numero: quando subtrahitur dicit diminuta numero. Et quando aliquis trium planetarum altiorum mouetur

netarū respectu luminariū. Sc̄da de esse eoz iater se. sc̄da ibi: ē aut p̄uo de terminat de esse eoz in seipsis. Et est snia littere talis. Planete aliquādo dicunt ascendētes z aliquādo descendentes: z aliquando dicunt aucti lumine z magnitudine: z aliquādo diminuti lumine z magnitudine. Et quādoqz dicunt aucti numero z qnqz diminuti numero. Et qnqz dicunt aucti motu z qnqz diminuti in motu. Et omnes planete p̄ter solem dicunt qnqz septentrionales z qnqz meridionales. Et dicunt ascendentes z descēdētes in septentrione z meridie. Ista sunt que accidunt planetis in semetipsis. Et ista exponit auctor per ordinē in littera dicēs q̄ planeta qnqz ascēdit in circulo suo eccentrico ita q̄ sit in superiori parte eccentrici sui nō distans ab auge per. 90. gradus ante vel retro z tunc lumen eius apparet minus z etiam apparet minor in quantitate z eius cursus est tunc tardus quantum ad motū centri epicycli z dicitur tunc fortior. Quando autem est aliqua longitudinum medianum eccentrici sui. s. distans ab auge per. 90. gradus precise tunc est equalis in lumine z magnitudine z cursu. i. non dicitur magnus neqz parvus in lumine vel magnitudine z motus centri epicycli est equalis cum medio motu ipsius. Cum vero fuerit extra hec loca scilicet distans ab auge plus. 90. gradibus ante vel retro tunc descendit z apparet maior lumine z magnitudine z mouetur centrum epicycli tunc velocius q̄ medius motus ipsius. Et cū fuerit argumentum planete equatum minus. i. 80. gradibus scilicet quando ad dicitur equatio argumenti super medium motum tunc dicitur auctus numero. Et si argumentum equatum fuerit plus. i. 80. gradibus. s. quando equatio argumenti subtrahitur a medio motu tunc dicitur numero diminutus. Sed in luna quando addit equatio dicit aucta numero: quando subtrahitur dicit diminuta numero. Et quando aliquis trium planetarum altiorum mouetur

veloci<sup>9</sup> medio motu suo vocat<sup>r</sup> auctus motu<sup>r</sup> quando vadit minus medio  
 motu suo vocat<sup>r</sup> motu diminut<sup>9</sup>. Eodem modo intelligit<sup>r</sup> de sole & luna. Et quā  
 do mouet<sup>r</sup> tantū q̄ntum medius mot<sup>9</sup> suus tūc dicit<sup>r</sup> motu c̄lis. Et q̄n ven<sup>9</sup> vel  
 mercurius mouet<sup>r</sup> velocius q̄ sol dicit<sup>r</sup> auctus motu: quādo tardius dicit<sup>r</sup>  
 motu diminutus. Et quādo aliquis planetarum. 6. transuerit. nodum inter  
 sectionis deferētis sui cū egyptica qui nodus vocat<sup>r</sup> genzabar est septērio  
 nalis. Et est septētrionalis ascendens. i. augens latitudinē quousq̄ elongat<sup>9</sup>  
 fuerit ab interfectione per. 90. gradus. Et cum elongat<sup>9</sup> fuerit plus. 90. gra  
 dibus ab interfectione est septētrionalis descendens. i. minuens latitudinem  
 quousq̄ elongatus fuerit ab interfectione per. 180. gradus & tunc est interse  
 ctione opposita p̄me & nullā habet latitudinem. i. est in egypticaz. cuz trans  
 uerit illam sit eius latitudo meridiana & est meridionalis descendens quousq̄  
 elongat<sup>9</sup> fuerit ab interfectione p̄ma per. 270 gradus. Et cū transuerit hūc  
 numerum est meridionalis ascendens quousq̄ reuertit<sup>r</sup> ad interfectionem  
 primam ubi latitudo eius erit nulla. Hęc est sententia littere de esse planeta  
 rum in semetipsis.

**D**esse autē ipsorum adinuicē tra  
 ctemus. Prius determinauit de esse planetarum in seip  
 sis. Hic determinat de esse eorum adinuicem. &  
 p̄mo de esse quinq̄ planetarū respectu luminariū. Et diuidit in  
 quattuor p̄tes sc̄dm quattuor eē que habēt planete erga soles & lunam. Pri  
 mum est visio faciei ad faciē. Sc̄dm est securitas. Tertiu est cōbustio. Quar  
 tum est orientalis & occidentalis. p̄mo ergo determinat de visione faciei  
 ad faciē. Sc̄do de securitate. Tertio de cōbustioe. Quarto de orientatitate &  
 occidentatitate. p̄ma ps est in p̄n<sup>9</sup>. Sc̄da sc̄dit ibi: ex hoc ductoria. Tertio  
 ibi: ois pl̄eta. Quarta ibi: ex quo altiores. C̄n̄ia p̄me ptis est. Quā aliqs  
 planeta fuerit occidentalis a sole s. q̄ oriat<sup>r</sup> post solis ortuz & fuerint inter ip̄m  
 & solem tot signa quot sunt inter domū illius planete & leonem qui est dom<sup>9</sup>  
 solis talis planeta dicit<sup>r</sup> esse in visione solis facie ad faciē. Verbi gr̄a: capri  
 cornus est domus saturni & est sextū signum a domo solis. s. leone. cum igit  
 fuerit saturn<sup>9</sup> in sexto signo a sole cōputando numerū signorū a sole versus  
 saturnum sc̄dm ordinem signorum. Aliter enim non eēt occidentalis si non  
 cōputaret<sup>r</sup> hoc modo tunc dicit<sup>r</sup> ipsum videre facie ad faciē. Et signū sagit  
 tarij est q̄ntum a leone. cum igit Jupiter fuerit in q̄nto signo a sole incipiēdo  
 a sole versus iouem s̄m ordinem signorum dicit<sup>r</sup> videre ipsum facie ad faciē  
 & sic de alijs. Et quando aliquis planeta fuerit orientalis a luna & fuerit inter  
 ipsum & lunam sc̄dm ordinem signorum tot signa quot sunt inter domū ipsi  
 us planete & domum lune. s. cancrum tunc dicit<sup>r</sup> esse in eius visione facie ad  
 faciē. Verbi gratia: cancer est signum sextum ab alia domo saturni. s. ab aq̄  
 rioribz cum fuerit luna a saturno in. 6. signo est inter eos visio facie ad faciē  
 Et ē cancer est signū q̄ntū a domo iouis. s. a piscibz: idēq̄ cū fuerit luna in. 5.  
 signo a ioue s̄m ordinem signorum est inter eos visio facie ad faciē: & sic de  
 alijs suo modo poteris exemplificare.

# **H**oc ductoria planete. Dic Determi- nat de. 2. esse.

**S.** planetarū erga luminaria. s. de ductoria quod idem est q̄ securitas. Et est snia talis q̄n aliqs planeta est in suo baim z in aliquo angulorū ascēdētis. s. in ascēdēte vel in. io. vel. 7. vel. 4. Domo z ali q̄ luminarium sit in aliquo anguloꝝ ab ipso planeta ita q̄ sit planeta in die orientalis a sole z in nocte occidentalis a luna. hoc est vt sit in die in. io. signo a sole. tūc eniz est in angulo a sole z oriētalis. vel in nocte in. 4. signo a luna. tūc eni est in angulo a luna z occidentalis tunc dicit̄ eē in sua ductoria. Angulus aut̄ oppositionis non hēt hic locū. R. 6. est qz planeta existēs in opposito solis vel lune nec est oriētalis nec occidentalis. Postea dicit q̄ oīs planeta a tēpore quo abscondit̄ sub radijs solis vsqz ad temp⁹ quo incipit apparere dicit̄ cōbutus. Et incipit cōburi q̄n incipit irare radios: z cū venerit ppe solē infra. 12. gradus vocat̄ opprēssus: z cū fuerit cū sole in eodē gradu z fuerit inter eos min⁹ semidiametro solis z cū hoc latitudo planete fuerit minor semidiametro solis dicit̄ vnit⁹ vel incorporatus soli. Et cū trāsuerit hāc vnionē dicit̄ eē in cōualescētia donec sit liberat⁹ a radijs solis.

# **H**oc quo apparent altiores tres.

**H**ic determinat de oriētali tate z occidentali tate planetarū. Dicit q̄ tres ple supiores q̄n exeunt de sub radijs solis z icipiūt apparere de mane ante ortū solis quousqz. ueniāt ad oppositū solis. hoc est q̄ sint ppingores circulo horizonis oriētalis q̄ occidentalis. q̄n sol est in linea medie noctis tūc vocant̄ orientales z dextri. Vocant̄ oriētales eo q̄ ortū tur aū solem: z vocant̄ dextri eo q̄ sunt in dextra pte celi a sole. Pars enim occidentalis est dextra z oriētalis sinistra. ponat̄ enim q̄ homo uertat faciem suam versus meridiem patet q̄ oriēs est sibi a sinistris z occidēs a dextris. Et q̄n aliqs trium supiorum planetarū trāsuerit oppositionē solis dicit̄ occidentalis sinister. dicit̄ occidentalis nō q̄ sit in pte occidentali celi a sole imo hui⁹ cōtrariū est verū. Sed dī occidentalis pro tāto qz occidit post solē. Et dī sinister qz est in pte oriētali celi a sole que est sinistra s̄m q̄ dictū est. Ven⁹ vō z mercuri⁹ glibet eoz infra tps quo circuit epicyclū suū cōiungit̄ soli bis. vna vice p directionē. s. in supiori pte epicycli. Alia vice per retrogradationē. s. in inferiori pte epicycli. Igif q̄n aliqs eoz sepat̄ a cōiunctiōe solis in medio retrogradatiōis. s. in inferiori pte epicycli recedit a sole versus pte occidentalem celi. Et q̄n elōga⁹ fuerit a sole tm q̄ pōt videri videt̄ de mane aū ortū solis. id tūc vocat̄ oriētalis Dexter donec cōburat̄ a sole. i. donec iūgat̄ soli in supiori pte epicycli per directionē. Et cū sepat̄ fuerit a sole per directionē videt̄ de vespere post occasu solis id tūc vocat̄ occidentalis sinister donec iterū cōburat̄. Et est dīa iter venere z mercuriū z tres supiores. ven⁹ eni z mercuri⁹ q̄nqz in recessu eoz a sole siue in exitu de sub radijs sūt oriētales z q̄nqz in exitu eoz de sub radijs sūt occidentales. Planete aut̄ supiores semp cum exeūt de sub radijs solis fiunt orientales. Et dicuntur augmentari in fortitudine donec sint elongati a sole per. 30. gradus. z a. 30. usqz ad. 60. dicuntur fortes. Et post

quod elongati fuerint a sole ultra 60. gradus dicuntur orientales euntes ad debilitatem usque ad principium retrogradationis. Et a principio retrogradationis usque ad oppositionem solis dicuntur orientales retrogradi. Et ab oppositione usque ad directionem dicuntur occidentales retrogradi. Et a directione usque ad 30. gra. post directioem dicuntur occidentales fortes. Et a 30. gra. post directionem quousque veniant ad 30. gra. prope solem dicuntur occidentales euntes ad debilitatem. Et postea dicuntur occidentales debiles quousque comburantur. Venus vero et Mercurius quando separantur a sole per retrogradationem sunt orientales et vocantur debiles quousque veniant ad directioem: et a directione donec sint elongati a sole tantum quantum solent elongari in principio retrogradationis dicuntur orientales fortes. Deinde sunt debiles orientales et quousque operantur sub radijs solis: et postea dicuntur uniti cum sole: deinde combusti euntes ad apparitionem: et ab apparitione eorum usque ad elongationem eorum a superiori parte epicycli 60. gra. sunt occidentales fortes: et ab hoc loco usque ad retrogradationem sunt occidentales euntes ad debilitatem: et postea usque coniunctionem sunt occidentales debiles. Si vero non intelligeret ista hoc modo esse falsa cum non sit possibile eos elongari a sole usque ad 60. gra. in zodiaco. Postea dicit quando aliquis planeta exit de sub radijs solis et nulli coniungitur corpore vel aspectu est in suo lumine proprio.

**H**ic illorum erga se inuicem. Prius Deter-  
 minauit de his que accidunt planetis in semetipsis: et de his que accidunt quousque planetis erga luminaria. Sic determinat de his que accidunt 7. planetis ad se inuicem. Et posset diuidi in tot partes quot sunt modi accidentium que accidunt planetis ad inuicem. Et possunt reduci ad 6. modos secundum significationem littere qui sunt isti: coniunctio: vacuatio: cursus: feracitas: tractatio luminis: redditus luminis: prohibitio: pulsatio nature: receptio: redditus nature: refrenatio sue quietas: frustratio: abscisio luminis: veneratio: destructio: obsessio: dilectio et odium. Ista exponit auctor in littera per ordinem usque ad finem istius differentie. Significatio prime partis est talis. Coniunctio est cum fuerint duo planete in duobus signis que se aspiciunt aliquo aspectu: et ille qui fuerit leuior inter eos. id est velocior in motu transierit de suo signo pauciores gradus quam ponderosus. id est tardior in motu de suo signo. ita que differentia ista sit. 6. gra. vel infra: et tunc dicitur quod leuior vadit ad coniunctionem ponderosioris: verbi gratia: pono quod sol sit in ariete et transierit de ipso ariete. 6. gra. et Mars sit in Leone et transierit de ipso. id est 12. gra. ista duo signa aspiciunt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in motu quam Mars transiit pauciores gradus de ariete quam Mars de Leone: et sunt in differentia 6. gra. In proposito exemplo sol vadit ad coniunctionem Martis de aspectu trino. Et si sol esset in 2. gradu arietis: et Mars in 2. gradu Leonis: tunc esset coniunctio completa. Et si sol esset ultra duodecimum gradum arietis Marte existente in 12. Leonis: tunc esset inter eos separatio. Et hec vocatur coniunctio longitudinis. Coniunctio autem latitudinis est cum fuerint duo planete in vno signo coniuncti corporaliter et fuerint equalis latitudinis ab ecliptica ita quod latitudo vnius sit ascendens in septentrione et alterius descendens



56  
in septentrione vel vnus ascendens in meridie ⁊ alterius descendens in me-  
ridie. Vel si fuerit cōiunctio ex aliquo aspectuum ⁊ latitudo vnus fuerit se-  
ptentrionalis ascendens: alteri⁹ meridiana ascendens. Verbi gratia: pono  
quod luna cōiungatur saturno in aliquo signo: ⁊ in aliquo gradu ⁊ minuto  
illius ita quod saturnus sit iuxta genzabar suum vadens ad septentrionem  
in latitudinem: ⁊ sit eius latitudo. 3. minutoꝝ ⁊ luna appropinquet ad caudā  
draconis ueniēs a septētrione minuēs latitudinē: ita quod ei⁹ latitudo simi-  
liter sit. 3. minutoꝝ: hec est cōiunctio verissima quātum ad longitudinem ⁊  
latitudinē. Et in hoc casu luna eclyparet saturnum nisi diuersitas aspectus  
lune eēt tanta quōd impediret. Licet auctor dicat quod latitudo vnus debeat  
esse ascēdēs ⁊ alterius descendēs tamen uidef mihi quod in cōiunctiōe corpali  
in omni casu quo cōtingere poterit quōd latitudines amboꝝ sint eāles ad ean-  
dem partē. Uolo dicere quod ambe latitudines sint septētriales: ⁊ in aspectu  
meridionales erit cōiunctio latitudinum veridica: ⁊ in aspectu oppositiōis si la-  
titudines fuerint equales in diuersis partibus ita quod vna sit meridionalis ⁊ alia  
septētrionalis erit aspectus veridicus quātum ad latitudines.

**E** T cum seperatur unus planeta  
ab alio. Dicit ponit vacuatōez cursus. Dicit quā aliquis planeta fue-  
rit coniuictus alteri corpore vel aspectu: ⁊ post separatiōez ab illo  
nō cōiungit alicui alteri corpe vel aspectu quādiu fuerit in illo si-  
gno tunc dicit esse vacuus cursu. Verbi grā: pono quōd luna iungat Jouis cor-  
poralr in sagittario: ⁊ post separationez eius a ioue nō sit aliqs planeta in sagit-  
tario cui possit coniūgi: nec radij alicuius quem possit aspiciere in hoc casu  
luna ē vacua cursu donec exeat de sagittario ⁊ iungat alicui corpe vlt aspectu.

**E** T si fuerit planeta in aliquo si-  
gno. Dicit quando aliquis planeta fuerit in aliquo signo vbi nul-  
lus alter planeta sit nec radij alicuius ille planeta quādiu fuerit  
in signo illo sic se habente dicitur esse feralis: siue siluestris in si-  
militudine hominis non habentis societatem cū aliquo.

**Et cum ferit separatus.** Dicit quādo planeta uelo-  
cioris motus sepauerit se  
a planeta tardioris mot⁹ ⁊ in separādo se ab eo iungatur alteri tunc trāffert  
naturam primi ad scōm. Verbi gratia: pono quod luna separetur a coniun-  
ctione corporali iouis: ⁊ ante quā compleatur separatio coniungatur saturno  
aliquo aspectu: uel corporaliter luna trāffert tūc naturā Jouis ad saturnū.  
Sit etiam alio modo translatio scilicet quādo planeta leuis cōiungit ponder-  
osiori se: ⁊ ille ponderosus alteri adhuc ponderosiori se tunc medius trans-  
fert naturam leuis ad ponderosiozem. verbi grā: pono quod luna aspiciat  
iouē aliquo aspectu ⁊ iupiter aspiciat saturnū. Jupiter in hoc casu transfert  
naturam lune ad saturnum.

**Si aut non coniungitur.** Dicit quōd quā duo planes  
te fuerint hoc mō dises

posti quod unus eorum nō iungitur alteri sed ambo iungitur alicui tertio: tunc si ille tertius aspiciat aliquē locū ex locis circuli p̄icit lumen illoꝝ duorum ad illū locū. Et si aliq̄ planeta fuerit in loco radioꝝ suoꝝ reddit illi lumen illoꝝ duorum. Verbi gratia: pono quod sol sit in capricorno ⁊ venus in piscibus: ita q̄ nō aspiciant se. Deinde pono qđ mars sit in cācro aspiciēs solē de oppositoꝝ venerē de tertio. in B casu mars recipit lumē solis ⁊ veneris: ⁊ reddit lumina ipsoꝝ ad loca circuli in q̄bus sunt radij martis: ⁊ hoc vocatur redditus luminis. Sit etiam alio modo redditus luminis quādo duo planete nō aspiciunt se: sed tertius transfert lumen vnus ad alterum ita q̄ sepetur ab vno ⁊ iungatur alteri: tunc idem est q̄ translatio.

**Sequitur prohibitio.** Dicit quādo tres planete fuerit in uno signo sed in diuersis gradibus ⁊ ille qui fuerit tardior motu trāsuērit plures gradus illius signi quā aliquis alioꝝ duoz tunc medius eoz phibet cōiunctionem leuioris cū ponderoso. verbi gratia: pono quod saturnus sit in i. 2. gradu virginis: ⁊ pono qđ mars sit in quinto gradu eiusdem virginis. in hoc casu mars petit cōiunctionē saturni. Sed pono quod luna sit in. 8. gradu eiusdem virginis in B casu nō esset iudicandum q̄ mars cōiungeretur saturno: quia luna est in medio ⁊ phibet eius cōiunctionem. Sit etiā phibitio alio modo: ita q̄ duo planete sint in vno signo ⁊ leuior iungitur ponderosiori ⁊ alter planeta aspiciat eūdem pōderosum ⁊ aspectus eius sit ita ppe sicut cōiunctio corporalis alterius: tunc ille qui corporaliter iungitur phibet aspiciētē ne aspiciat. Et si in hoc casu vnus illoꝝ fuerit p̄pinquior q̄ alter ille qui fuerit p̄pinquior obinet ⁊ dicitur iungi pōderosiori. verbi gratia: pono quod saturnus sit in i. 2. gradu virginis: ⁊ mars in. 8. gradu eiusdem. Et pono quod iupiter projiciat radios suos ad octauū gradum virginis in hoc casu mars phibet aspectus iouis. Sed si iupiter projiceret radios suos ad nonum gradum esset iudicandum quod iupiter aspiceret saturnū: ⁊ cum hoc phiberet cōiunctionē martis. Et si iupiter projiceret radios suos ad. 7. gradū eēt iudicandū q̄ mars iungeretur saturno ⁊ cum hoc phiberet aspectū iouis.

**Et si iungitur planeta domino illius signi.** Dicit quādo aliquis planeta iungitur per aspectū domino illius signi in quo fuerit vel domino exaltatiōis vel triplicitatis vel termini vel faciei of cici mittere naturā dñi illi? dignitatis ad ipsum cuius fuerit dignitas. verbi gratia: pono q̄ sol sit in capricorno aspiciēs saturnū exītez in virgine. in hoc casu sol est in domo saturni ⁊ mittit naturā ipsius saturni saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco vbi h3 dignitatē aliquā. verbi gra: qđ sit dom? sua vel exaltatiō ⁊c. ⁊ aspiciat aliquē planetā ponderosiorē se q̄ nullā habeat dignitatem in loco eius dicit leuis mittere suā fortitudinē ponderoso: verbi gra: pono q̄ luna sit in tauro. s. in exaltat de sua ⁊ aspiciat saturnū exītez in virgine de trino. in hoc casu luna naturā suam siue virtutē mittit ipsi saturno licet saturnus nullā habeat dignitatē in loco lune. Sed si saturno hēat dignitatē in loco lune. verbi gra: pono q̄ luna sit in. 24. gradu tauri in exaltatione sua ⁊ in termino ⁊ facie saturni ⁊ aspiciat saturnū mittit saturno naturam p̄

52  
priam et naturam saturni ratione termini et faciei sue.

## Et quando fuerint aliqua dignitatum

suarum. Dicitur planeta leuior aspiciet poterosiorem se et leuior habet dignitates in loco in quo est et ille quem aspiciet etiam habebit aliquam dignitatem tunc leuius mittit ponderoso utraque naturas. scilicet suam propriam et illi quem aspiciet: et hec missio vocatur receptio. verbi gratia: pono quod sol sit in ariete in exaltatione sua et in domo martis et aspiciat matrem aliquo aspectu. in hoc casu sol mittit marti naturam suam propriam et cum hoc naturam martis ratione domus sue: et mars recipit solem a domo sua. Et si contingat quod inferior sit in dignitate superioris et e converso superior in dignitate inferioris illa est melior receptio quam esse potest. verbi gratia: sit sol in ariete in domo martis et mars in leone in domo solis et sol aspiciat martem aspectu tertio talis receptio integra et perfecta.

## Hinc sequitur redditus.

Dicitur quod inferior planeta aspiciet superiorem et ille quem aspiciet est combustus sub radijs: vel retrogradus. in hoc casu superior reddit inferiori virtutem quam sibi misit: quod propter debilitatem suam non potest retinere eam. Et si in tali casu uterque fuerit in angulo vel in succedenti tunc redditus fit cum proficuo. Et si inferior fuerit in angulo et superior non ita tamen quod superior recipiat inferioris talis redditus etiam fit cum proficuo. Et si inferior fuerit cadens ab angulo et superior in angulo fit redditus cum proficuo. Et si ambo fuerint cadentes redditus fit cum detrimento. ubi gratia: pono quod luna sit in tauro et aspiciat mercurium existens in capricorno combustus. in hoc casu luna mittit mercurio naturam suam. Sed quod mercurius est combustus non potest retinere naturam sibi missam: ideo redditur lumini illud quod recipit ab ea et si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est proficuo et cetera.

## Deinde sequitur almenē.

Dicitur quod planeta inferiori vult coniungi superiori sed antequam compleat coniunctionem inferiori sit retrogradus hoc vocatur refrenatio verbi gratia: pono quod saturnus sit in 2. gradu virginis: et venus in principio virginis vadens ad coniunctionem saturni. Sed cum puenerit venus ad 8. gradum vel nonum. scilicet antequam contingat saturnum incipit retrocedere. in tali casu refrenatur venus ne coniungatur saturno: et idem intellige de aspectu si iret ad aspectum: sed antequam aspectus compleret inciperet retrocedere.

## Hanc sequitur alchorad. i. contrarietas.

Dicitur quod contrarietas est quando tres planete fuerint in uno signo quorum unus sit ponderosus: et alij duo leues: et unus duorum leuium transierit ponderosum et alter petat coniunctionem ponderosi sed antequam coniungatur ponderosus ille qui transierit ponderosum sit retrogradus: et coniungatur ponderoso per retrogradationem: et obuiat alteri leui: tunc retrogradus destruit coniunctionem illius cui obuiat cum ponderoso. Verbi gratia: pono quod sit saturnus in 8. gradu virginis: et mars sit in 2. gradu eiusdem: et iupiter sit in principio virginis petens coniunctionem saturni: sed antequam coniungatur sibi: mars incipiat retrogradari et coniungi saturno per retrogradationem et obuiet iouis

in hoc casu mars destruit coniunctionē iouis cū saturno.

## Sequitur alphas id est frustratio. <sup>De</sup> <sup>cit</sup>

q̄ frustratio est q̄n planeta leuis petit cōiunctionem ponderosi sed antequā compleat coniunctio ponderosus intrat aliud signum ⁊ sint radij alicuius alterius planete in principio illius signi tunc quando leuis volens coniungi p̄deroso intrat illud signum cōiungit radijs illius planete ibi aspicientis: ⁊ sic annullat coniunctio p̄ma: verbi gr̄a: pono quod saturnus sit in.29. gradu leonis ⁊ mars sit in.24. gradu eiusdē petens cōiunctionem saturni. Sed anq̄ iungat mars saturno saturnus intrat virgines: ⁊ pono qd̄ iupiter aspiciat primum gradum v̄ginis. in hoc casu mars exiens de leone cōiungit radijs iouis: ⁊ sic annullat coniunctio martis ⁊ saturni.

## Hanc quoq̄ sequitur abscisio luminis.

Dicit q̄ abscisio luminis est q̄n aliqs planeta leuis petit cōiunctionē p̄derosi ⁊ in sc̄do signo a signo p̄derosi sit alter planeta sed anteq̄ leuis iungat p̄deroso ille qui est in sc̄do signo sit retrograd⁹ ⁊ iungit p̄deroso. i tali casu retrogradus abscindit lumen p̄derosi a pl̄eta qui volebat ei iungi. Et est q̄n idē qd̄ p̄rietias sed differt in hoc q̄ in p̄rietate planeta retrograd⁹ nō solū iungit p̄deroso sed etiam iungit leui qui volebat iungi ponderoso per obuiationem ⁊ p̄t exemplificari sicut ibi fuit dictum. Sit etiā alio modo abscisio luminis. s. quando planeta leuis petit cōiunctionem ponderosi ⁊ ille ponderosus petit cōiunctionē alteri⁹ ponderosioris ⁊ iungit et anteq̄ leuis iungat p̄mo p̄deroso. verbi gr̄a: pono qd̄ mars petat cōiunctionē iouis ⁊ iupiter patet coniunctio nem saturni ⁊ ante q̄ mars iungat ioui iupiter iungat saturno: in tali casu saturnus abscindit lumen iouis a marte.

## Sunt quoque his planetis. <sup>Dicit q̄ planete in</sup> <sup>q̄busdam locis cō</sup>

fortanē ⁊ in q̄busdam debilitant ⁊ in q̄busdā locis fiunt fortune ⁊ in q̄busdā ifortune. Siunt fortune in aspectu sextili vel tertio bonorū ⁊ vt in fortune sint cadentes ab eis iuxta q̄ intelligendū est q̄ q̄n aliqs planeta est in eodē signo cum alio vel in q̄rto vel in septimo vel decimo ab ipso dicit esse in angulo ab illo. Et si fuerit in sc̄do signo ab ipso vel in q̄nto vel in octauo vel in.1. dicitur eē. ab ipso in succedenti. Et si fuerit ab ipso in tertio signo vel in.6. vel.9. vel.12. dicit esse in cadenti ab ipso. Siunt etiam fortune quando separantur ab vna fortuna ⁊ iunguntur alteri aut quod sint inter radios duarum fortunarum ⁊ hoc vocatur veneratio a quibusdam. Siunt etiam fortune quando sunt vniti sole in eodem gradu: aut quod sint in eius aspectu tertio vel sextili vel in aspectu trino vel sextili lune: ⁊ etiam vt sint aucti numero ⁊ lumine: ⁊ quod sint in aliqua dignitatum suarum vel in suo hāz. Et planete fiunt fortiores quando ascendunt in circulo augis ⁊ quādo sunt septentrionales vel ascendunt in septentrione. Similiter fortificantur quando sunt in statione secunda euntes ad directionem. Similiter quando exeunt de sub radijs solis ⁊ quando sunt in angulis vel in succedentib⁹. Et tres superiores fortificat quā

do sunt orientales. Et si aspiciunt solem aspectu sextili augmētatur eoz fortitudo. Similiter quādo fuerit in quartis masculinis vel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmētatur in quartis et in signis masculinis p̄ter q̄z in libra. ibi enim nō fortificat̄ p̄pter casum ab exaltatione licet libra sit signū masculinum et etiā in quadra masculina. Et tres inferiores planete scilz exis stentes sub sole significantur quādo sunt occidentales a sole: et in quartis et in signis femininis. Et luna fortificatur cum fuerit in nocte super terrā: et in die sub terra et cum fuerit in signo et in loco feminino et cum fuerit in exaltatione solis scilicet in ariete.

**Ex ifortunio uero planetarum.** Dicit quod planete sūt

ifortune id est ifortunant̄ quando sunt in aspectibus maloz: et quādo coniungūtur malis per corpus vel per aspectuz ita qd̄ inter eos et corpus mali vel inter eos et radios mali sit minus termino vnus planete. Et ifortunantur qn̄ sunt in terminis maloz aut in domibus maloz. Verbi gratia: iupiter vel venus ifortunatur in terminis saturni et martis: et in domib⁹ eoz. Et ifortunatur qn̄ ifortune eleuant̄ super ipsos ita qd̄ sint ifortune in. i. o. vel. i. i. signo ab ipsi. Juxta qd̄ intelligēdum est quod planeta existens in. i. o. signo ab alio dicit̄ eleuari super ipsum: sicut existens in. i. o. domo eleuatur super ascēdens: et si istud fiat sine receptiōe est peius. Verbi grā: pono quod iupiter sit in principio sagittarij et saturnus in principio virginis. in hoc casu saturnus eleuat̄ super iouem. Virgo enim est decimū signum a sagittario. Ifortunatur etiā quādo sunt in coniūctione solis: vel in opposito solis: vel in aspectu eius quarto. Etiam ifortunatur quādo sunt in capitibus suozum genz: ab ar̄ id est in intersectionibus deferentiū eozum cū ecliptica siue in capite vel cauda draconis eoz: vel p̄ hec loca per. i. 2. gradus vel infra maxime si in his locis luna fuerit impedita ab eis: vel sol scilicet vt luna: vel sol iungat̄ eis in his locis v̄ aspiciat̄ eos aspectu inimico. Ratio aut̄ quare ifortunant̄ in his locis est quia possunt ibi eclipsari. Ifortunant̄ etiā quādo distāt a sole per quattuor grad⁹ ante v̄ retro. Et quādo fuerint inter corpa vel radios duozum maloz: ita qd̄ seperent̄ ab vno malo corpore vel aspectu et iungantur alteri malo: aut fuerit malus: uel radij eius in signo quod est ante cum et alit̄ malus uel radij eius in signo quod est post eum. tūc enim dicitur obsessus. Verbi grā: pono qd̄ iupiter sit in virgine et in. ii. gradu: et mars vel radij martis sint in. i. o. gradu eiusdē et saturn⁹ vel mars sint in. i. 2. gra. eiusdēz in h̄ casu iupiter diceret̄ obsessus a duab⁹ ifortunis. Eodē mō dicit̄ de signis qd̄ sunt obfessa qn̄ vnus malus est in eius p̄ncipio et alter in eius fine. Sed qn̄ sol v̄ fortuna aspiciat̄ planetā vel signuz obfessum aspectu sextili: vel tertio ita qd̄ sit aspect⁹ ad. 7. gradus prope vel infratunc per talem aspectū soluit̄ obfessio. Ifortunatur et̄ quādo sunt retrogradi vel combusti aut cadentes ab angulis. Et debilitant̄ qn̄ sunt tardi cursus quod vadūt minus medio motu eoz. Et qn̄ sunt in statione p̄ma euntes ad retrogradatiōez: aut qd̄ sint in gradib⁹ tenebrosis: aut planete masculini in signis v̄ gradib⁹ femininis: et in die sub terra et in nocte super terram: aut feminini in signis masculinis et in gradib⁹

masculinis ⁊ in die super terram ⁊ in nocte sub terra. Hoc. n. est cōtrariū. h. s. i. z id est similitudinē eorum. Et debilitantur siue infortunant qñ sūt in locis op-  
 positis dignitatū suar: aut q̄ sint in latitudine meridiana ab egyptica marie  
 si fuerint descēdentes in eadē latitudine: aut sint in via combusta. s. a. medietate  
 libe vsq; ad mediū scorpiōis: aut sint iuncti planete retrogrado: aut ca-  
 dent: aut quod nō sint recepti. Et tres superiores. s. saturnus iupiter ⁊ mars  
 debilitantur cum fuerint occidentales a sole: aut in quartis femininis: ⁊ sol  
 debilitatur in signis ⁊ in quartis femininis: nisi fuerit in nona domo: qz in il-  
 la gaudet. Tres inferiores scilicet ven⁹ mercuri⁹ ⁊ luna debilitant in signis  
 ⁊ in quartis masculinis. Et dicit de planetis quod sunt quidā eorū seimicē  
 diligentes. Dicit quod quidam planete diligunt se inuicem: ⁊ quidam habēt  
 se odio: ⁊ patet in lra. ⁊ sic completa est expositio tertie differētie alchabiciij  
 introductorij ad iudicium.



## Differētia quarta in expositō ne nominū astrologicorū.

<sup>Lōpletij</sup>  
<sup>trib⁹ dif</sup>  
 ferentijs huius libri in qbus auctor determinauit de esse cir-  
 culi signorū essentiali ⁊ accidēiali in prima differētia: ⁊ de na-  
 turis septem planetarū in. s. a. differētia: ⁊ de his que accidunt septem plane-  
 tis in semetipsis: ⁊ adinuicem. s. in tertia differētia. Sequitur quarta differē-  
 tia in qua exponit nomina quibus vrūtur magistri iudiciorū ⁊ docet ea ap-  
 plicare ad opus. Et potest tota illa differētia diuidi in. i. 6. partes scdm. i. 6. ca-  
 pitula que ponit in ea. In primo capitulo loquit de cōiunctionibus magnis  
 connumerādo eas. In secūdo capitulo docet inuestigare gradum ascendē-  
 tem alicuius natiuitatis. In tertio capitulo docet eligere locum vite in nati-  
 uitatib⁹. In quarto capitulo docet eligere datorem annorū vite in natiuitatib⁹.  
 In. 5. docet eligere planetā dñatorē natiuitatis q̄ p̄est nato post hylech ⁊ al-  
 cōchodē. In. 6. tractat de p̄fectu annorū natiuitatis ⁊ mūdi. In. 7. c. docet di-  
 rigere significatorē quēlibet ad quēlibet locum circuli. In. 8. docet dirigere  
 gradū ascendētem in natiuitatib⁹. In. 9. docet inuenire dūodenarias planeta-  
 rum ⁊ domorū. In. 10. docet inuenire nouenarias. In. 11. docet inuenire deca-  
 nū. In. 12. docet inuenire dñm orbis siue horē. In. 13. docet inuēire annos fri-  
 darie in natiuitatib⁹. In. 14. docet cognoscere q̄s planetarū eleuat sup̄ altēp.  
 In. 15. docet inuenire qñ sit aptio portarū. In. 16. loq; de horis fortunat⁹ ⁊ in-  
 fortunat⁹: vbi p̄tes incipiant patebit in p̄cessu. In p̄mo ergo. c. loquit gene-  
 raliter de magnis cōiunctōib⁹ ⁊ dicit q̄ cōiunctōes magne sūt res significā-  
 tes destructiōes siue mutatiōes. q̄ sunt in h̄ seculo: ⁊ sunt. 6. in nūcro. C̄ Pri-  
 ma maior oib⁹ cōiunctōib⁹ est p̄iunctio iouis ⁊ saturni in p̄ncipio ariet⁹ ⁊ h̄ sit  
 in. 960. annis semel. C̄ Secūda p̄iunctio est mutatio p̄iunctiōis iouis ⁊ saturni d̄  
 una triplicitate ad aliā ⁊ hoc fit in. 240. annis semel. Et qñ venit p̄iunctio eorū  
 ad aliq̄ triplicitatē ante q̄z creat illā duodecies p̄iungunt. Verbi gratia: p̄iun-  
 ctiō iouis ⁊ saturni nunc est in triplicitate aerea ⁊ incipit in signo geminorū.  
 anno dñi. i. 325. ab illo tpe in. 20. annis. s. āno dñi. i. 345. cōiungent in aqua.

rio ⁊ ab illo in .20. annis coniungentur in libra ⁊ postea in geminis: ita s̄m  
 hunc ordinē donec in his tribus signis duodecim cōiungantur ⁊ si multipl̄  
 caueris. 20. per .i. 2. inuenies. 240. annos post quos cōiunctio mutabit se ⁊  
 intrabit triplicitatē aquaticā ⁊ stabit ibi similiter p. 240. ānos ⁊ sic de alijs tri  
 plicitatib⁹ itelligas: ⁊ itelligas q̄ sicut dicit q̄ p̄iunctio maria reuertit in. 960.  
 ānis ad p̄ncipiū ariet. i. ad triplicitatē igneā ita p̄iunctio intrās p̄ncipiū alicui⁹  
 alterius triplicitatis nō reuertit ad p̄ncipium eiusdē nisi post. 960. annos sta  
 bit igit̄ vt supra dcm̄ est in quilibet triplicitate. 240. annis triplicitates sūt quat  
 tuor. multiplica igit̄. 240. per quatuor: ⁊ inuenies. 960. ānos. Tercia p̄iunctio ē  
 martis ⁊ saturni in cancro in quibuslibet. 30. ānis. Quarta cōiunctio est iouis  
 ⁊ saturni in quocūq; signo fuerit: ⁊ s̄ fit in. 20. ānis semel. Quinta cōiunctio ē in  
 troitus magni luminaris in primuz minutuz equinoxij vernalis id est ariet̄.  
 Sexta cōiunctio est solis ⁊ lune ⁊ eorum oppositio. Et quando dicitur ascens  
 dens cōiunctiois magne intelligit̄ de ascendēte scilicet introit⁹ solis in arie  
 tem in illo anno in quo d̄z fieri illa cōiunctio. Verbi gratia: cōiunctio iouis ⁊  
 saturni fuit in geminis anno dñi. 1325. Et ascendens introitus solis in arietē  
 in illo anno fuit taurus. 20. gradus: taurus ergo est ascendens illius coniu  
 ctiois. Istę cōiunctiones que dicte sunt vocantur cōiunctiōes magne. Alie  
 multe sunt p̄iunctiones in planetis quarū numerus est i 20. s̄m p̄tolemeū  
 in. 50. p̄positiōe centiloquij. Dicit enim ibi, nō obliuiscaris esse. i 20. p̄iunctio  
 nes que sūt in stellis erraticis. In illis. n. est maior scia eoz q̄ sūt in s̄ mūdo  
 suscipiētū incrementū ⁊ decrementū. Haly ibi in cōmento numerat eas: ⁊  
 dicit quod quedam sunt cōiunctiōes binarie ⁊ quedam trinarie quedam  
 quatrinarie quedam quinarie quedam senarie quedam septenarie. Binaria  
 aut̄ cōiunctio est quādo duo planete tantum p̄iungūtur: ⁊ hoc potest. 2. i. mo  
 dis variari. Ternaria cōiunctio est quando coniungūtur tres planete ⁊ hoc  
 potest variari triginta quinq; modis. Quatrinarie cōiunctio est qñ cōiun  
 guntur quattuor planete: ⁊ hoc potest variari similiter. 35. modis. Quinaria  
 cōiunctio est quādo coniungunt quinq; planete: ⁊ hoc potest variari. 21. mo  
 dis. Senaria cōiunctio est quādo cōiunguntur sex planete: ⁊ hoc potest va  
 riari. 7. modis. Septenaria nō est nisi vna scilicet cōiunctio omnium septē  
 planetarum. Et si computaueris seu addideris hos numeros predictos ad  
 inuicem inuenies. i 20. Qui volunt singulas numerare inueniēt eas nume  
 ratas in cōmento p̄positionis p̄allegate.

**T**ex hoc animodar quod est.

In hoc capitulo auctor docet inestigare gradum ascendēte ali  
 cuius natiuitatis supposito qđ sciat signū ascēdēs ⁊ ignoret gra  
 dus: ⁊ s̄ docet secundū sententiā p̄tolomei non s̄m propriā intē  
 tionem. Dicit enim p̄tolemeus in. 34. p̄positione centiloquij Almusteli su  
 per locum cōiunctionis vel p̄uentionis est in p̄simili gradu anguli ex an  
 gulis omnis natiuitatis humane que fuerit in illa cōiunctiōe vel p̄uentiōe.  
 Et omnis gradus qui nō est similis gradui almutē super locū cōiunctiōis  
 vel p̄uentionis nō est angulus alicuius natiuitatis humane. Sentētia littere

talis est cum uolueris inuenire gradum ascendentem natiuitatis alicuius p̄  
dera cōiunctionem solis ⁊ lune que p̄cessit natiuitatem vel oppositionē si p̄ce  
cessit oppositio. Si p̄cessit conjunctione natiuitas dicitur coniuunctionalis: si p̄ces  
sit oppositio siue p̄uentio q̄d idem est natiuitas uocatur p̄uentionalis. Si na  
tiuitas fuerit cōiunctionalis cōsidera gradum in quo cōiunguntur lumina  
ria. s. gradum zodiaci in quo fuit coniuunctio p̄cedens illam natiuitatem. ⁊ vbi  
de q̄s planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorum. ille  
enim est almutem sup locum cōiunctionis. Equa ergo eum ad horam natiui  
tatis quo equato cōstitue ascendens ad horam natiuitatis sc̄dm estimationē  
ita tñ quod sis certus de signo ascendente. Si enim deficeres in signo hec re  
gula nō valeret tibi. Habito igitur signo ascendente hora natiuitatis: cōsidera  
utrum locus planete quem equalisti tali dispōe stante sit p̄pingor gradui ascē  
dentis vel gradui decime domus ⁊ cui eorū fuerit p̄pingor hunc angulum  
facies similem gradui planete. hoc est: pone tot gradus signi existentis in an  
gulo quot gradus p̄transiuit planeta de signo in quo est. Et vt euidenti⁹ pa  
teat sententia littere. pono in hoc exemplum. ¶ Pono quod in hora natiuita  
tis alicuius ascendens fuit libra sed nescio quis gradus eius: ⁊ pono q̄ nati  
uitas fuit cōiunctionalis ⁊ cōiunctio p̄cedens eam fuit in 6. gradu aquarij  
video q̄ saturnus est fortior in illo gradu: ergo equabo saturnum ad horam  
natiuitatis ⁊ ponatur q̄ inueniam eum in 20. gradu virginis video q̄ satur  
nus in hoc casu est p̄pingor ascendenti q̄ medio celi sc̄dm gradus ascē  
datum: faciam ergo angulum ascendentis ad similitudinem gradus satur  
ni. hoc est ponam vigesimum gradum libre in ascendente ⁊ si fuisset p̄pingor  
medio celi fecissem angulum mediū celi vigesimum gradum signi ibidem ex  
istentis. Si autem natiuitas p̄uentionalis fuerit operaberis per gradum op  
positionis sicut nunc tibi dixi de gradu cōiunctionis id est considerabis pla  
netam hñtem plures fortitudines in gradu oppositionis. Sed dubium est  
de gradu p̄uentionis cum in p̄uentione siue oppositione sol sit in vno gradu  
⁊ luna in opposito quem ergo gradum accipiem⁹ pro gradu p̄uentionis utrū  
gradum solis vel gradum lune. Dicit auctor sc̄dm intentionem Ptolemei q̄  
gradum illius luminaris accipere debemus q̄d fuerit sup terram. Sed ad  
huc restat dubium. Ponas q̄ vnum luminare sit in ortu reliquum in occasu  
⁊ sic neutrum erit sap terram nec sub terra. Dicit auctor q̄ qdam sapiens di  
xerunt q̄ debemus opari per gradum illius luminaris q̄d fuerit in oriēte. De  
inde dicit auctor q̄ Ptolemeus dixit si plures planete cōuenirent in dñō lo  
ci cōiunctionis vel p̄uentionis. s. q̄ duo planete vel tres in loco illo hēret e q̄  
les fortitudines videlicet q̄ vnus hēret ibi tot fortitudines quot alter: tunc  
debemus accipere illum qui fuerit in suo haim: ⁊ si glibet eorum fuerit in suo  
haim tunc debemus accipere illum qui citius deberet mutari ad melius e. i. il  
lum qui citius irabit signum in quo hēt plures fortitudines q̄ in illo signo in  
quo est. Et si fuerint orientales a sole eligas eum qui fuerit soli p̄pingor: dū  
mō nō sit cōbustus. ¶ Juxta istam ptem notandum est q̄ alter est modus in  
uestigandi gradum ascendentis natiuitatis ⁊ ille modus accipit a snia pto  
lemei in 51. pp̄one centiloquij vbi dicit. Locus lune in natiuitate est ipse gra



dus ascēdēns de circulo in hora casus spmatis in matricem ⁊ locus lune ho  
 ra casus spmatis est gradus ascendens hora natiuitatis. Est etiam itelligēdū  
 ad euidēntiam dicendorum q̄ more infantum in vteris matrum non sunt eū  
 les sc̄dm q̄ dicit Daly in cōmento p̄positionis iam allegate. More autē sunt  
 distincte in .3. in maiorem moram ⁊ in mediā ⁊ in minorem. Minor autem  
 mora continet. 258. dies Media mora continet. 273. Maior mora continet  
 .288. dies. Et differentia inter maiorem ⁊ minorem sunt. 30. dies. Istud est in  
 telligēdum de his que nascunt sc̄dm cursum naturalem. De abortiuis autē  
 ⁊ de his qui nascunt in septimo mense hec regula non tenet. Quantitas autē  
 more infantis in vtero accipitur a loco lune in figura hora natiuitatis. Si enī  
 in hora natiuitatis luna fuerit in p̄ncipio septime domus super terram .i. su  
 pra horizonem occidentalem tunc infans fuit in utero matris per morā mi  
 nozem. .i. per. 258. dies. Et si luna fuerit in hora natiuitatis in gradu ascenden  
 te tunc infans stetit in vtero per moram mediā. .i. per. 273. dies. Et si luna fue  
 rit hora natiuitatis in gradu qui est ante gradum occidentis tunc infans ste  
 tit in vtero per morā maiorem. .i. 288. dies. Et nota q̄ cum luna in natiuitate  
 est in pte occidentali p̄pe horizonem si astronomus credit eam esse sup ter  
 ram q̄n est sub terra vel econtra errabit in hora conceptionis. per. 30. dies.  
 Si vero luna fuerit super terram elongata ab occidente idest inter oriens ⁊  
 occidēs mora in vtero est maior minorū mora ⁊ minor media. Dico q̄ est ma  
 ior minorū mora sc̄dm quantitatem elongationis lune ab occidente. Et si luna  
 fuerit sub terra elongata ab ascendente mora in utero est maior media ⁊ mi  
 nor maiorū ⁊ est maior media sc̄dm quantitatem elongationis ab ascenden  
 te. Cum sc̄dm hanc viam volueris gradum ascendēntis natiuitatis alicuius  
 inuestigare constitue ascendens ad horam natiuitatis sc̄dm estimationē ⁊ p̄  
 pingorem quantum poteris veritati ⁊ equalunam ad illam horam ⁊ vide in  
 quo loco ceciderit in figura. q̄ si ceciderit in p̄ncipio septime domus subtra  
 he ab hora natiuitatis. 258. dies. Et remanebit hora cōceptionis. Si vero ce  
 ciderit inter septimam domum ⁊ ascēdēns. .i. sup terrā vide per quot gradus  
 sit elongata a gradu occidentis ⁊ p̄o q̄buslibet. .i2. gradibus accipe vnū diē  
 ⁊ p̄o quolibet gradu qui fuerit ultra. .i2. accipe duas horas quos dies ⁊ ho  
 ras adde sup morā minorē. .i. sup. 258. dies. Et totum subtrahē ab hora nati  
 uitatis ⁊ remanebit t̄pus cōceptionis. Si vero ceciderit in ascendēte subtra  
 he ab hora natiuitatis. 273. dies ⁊ remanebit t̄pus cōceptōis. Si vero cecide  
 rit inter ascendēs ⁊ septimā. .i. sub terra cōsidera q̄ntum sit elongata a gradu  
 ascendente ⁊ p̄o q̄buslibet. .i2. gradib⁹ accipe vnum diem ⁊ p̄o quolibet gra  
 du sesiduo duas horas ⁊ numerum dierum ⁊ horarum pueniēte adde sup  
 moram mediā ⁊ totum subtrahē ab hora natiuitatis. Si vero luna cecide  
 rit in fine sexte domus subtrahē ab hora natiuitatis moram maiorē ⁊ rema  
 net hora cōceptionis. Hora igit cōceptionis nota equalunam ad illam ho  
 ram ⁊ gradus in quo inuenta fuerit fuit ascendens in hora natiuitatis. Licet  
 hec via sit vera sc̄dm intentionem fere diuinū sapientum. Videtur m̄ mibi ⁊  
 certus sum q̄ non sufficit ad inuestigandum gradum in casu ubi non habeo  
 gradum ascendēntem nisi per estimationem. Supponit enim q̄ sciam elon

gationem lune a gradu occidentis vel ab ascendente: et si ignorem gradus ascē-  
dentē et per cōsequens gradum occidentis quomodo poterō scire distantia  
lune ab aliquo illorum nescio. Posito enim quod estimatio mea deficiat per .12.  
gradus distantia lune ab occidente vel ab ascendente etiā deficiet per .12. gra-  
dus et pro illis deberet accipi vna dies et sic deficiet hora cōceptionis in vna  
die et defectus ultimus. s. in gradu ascendente erit quātū luna mouet vna die.



## Ex hoc hylech.

In hoc capitulo auctor dicitur  
et eligere hylech. i. significa-  
torem vite in natiuitatib⁹. Snia littere est ista. In eligendo signifi-  
catorē vite debemus incipere a sole si natiuitas fuerit in die et si  
inuenerim⁹ ipsū ante gradum ascendente per .5. gradus uel in  
fra. i. si inuenerimus ipsū solem in .5. gradibus qui ascēderūt sup horizontē. s.  
in fine. i. 2. dom⁹ aut si inuenerimus ipsū in .10. domo uel. i. 1. domo accipiemus  
solem pro hylech siue fuerit in signis masculinis siue in signis femininis. Si  
vero nō fuerit in his signis debemus inspicere si fuerit in .7. uel. 8. uel. 9. do-  
mo in signis masculinis adhuc accipiem⁹ ipsū pro hylech. Et si vero his tri-  
bus locis iā dictis. s. in .7. domo uel. 8. uel. 9. esset in signis femininis non esset  
aptus ad hoc quod esset hylech. Si igit sol nō fuerit aptus hylech aspiciemus  
ad lunam si eam inuenerimus in ascendente uel in .2. uel in .3. domo aut in .7.  
uel. 8. domo ipsa erit hylech. siue fuerit in signo masculino siue feminino Si  
vero non fuerit in his locis aspiciem⁹ si inuenerim⁹ eam ante gradum signi  
ascēdentis per .5. gradus uel infra: aut in .10. domo aut. 4. aut in .5. in signo fe-  
minino adhuc ipsa erit hylech. Si autē in his locis eēt in signis masculinis nō  
esset apta hylech. Si vero natiuitas fuerit in nocte debemus incipere pmo  
a luna. Si inuenerim⁹ eam ante gradum occidentem per .5. gradus uel infra  
.i. in illis .5. gradib⁹ qui sunt sub terra et pte occidentis aut in aliquo alioꝝ loco  
rum p̄dictorum scđm modum dictum ipsa erit hylech. Et si ipsa non fuerit  
 quo dicam. Si significator 7 locus ad quem d3 dirigi ueniat cū eodē gradu  
 ad mediū celi: qđ nō sunt aliqđ ascēdēs in circulo directo inter eos ponēs  
 p significatore: circuli directi. o. postea qres significatore regionis accipien  
 do ascēssiones in circulo obliquo a loco cū quo orit significator vsq; ad locū  
 cū quo orit locus ad que d3 dirigit: totū illud. s. significatore regionis multi  
 plicabis per distantia significatoris ab āgulo 7 pductū diuides p medietatē  
 arcus diurni vel nocturni: 7 pueniet ps pportionalis quā tenebis p gradi  
 bus directiōis. Si aut significator dirigēdus: 7 locus ad que d3 dirigi oriant  
 cū vno 7 eodē gradu ponēs p significatore regionis. o. 7 significatore circuli  
 directi multiplica per distantia significatoris ab āgulo: 7 diuide p medie  
 tatem arcus diurni vel nocturni: 7 pueniet ps pportionalis quā tenebis p gra  
 dibus directiōis. Ponere de oib⁹ exempla eēt nimis lōgū: sed intēdo dño cō  
 cedēte in fine istius expositiōis ponere equatidē vnus natiuitatē in qua pate  
 bit modus inuestigādi ascēdētēz eligēdi hylech 7 alcohodē: 7 ponā ibi ali  
 quas pectiōes radioz 7 aliquas directiōes: sufficiāt hec de opere directio  
 num. Dicit auctor in littera cognitis ānis directiōis si volueris scire locū isti  
 us directiōis in zodiaco adde annos directiōis super ascēssiones circuli di  
 recti gradus significatoris si significator fuerit in medio celi vel in āgulo ter  
 re 7 reduces ad gradus equales in circulo directo: 7 vbi perduxerit te nume  
 rus in circulo signoz: ibi est locus directiōis: 7 dicitur locus diuisionis 7 do  
 min⁹ termini illius loci dicitur diuisor. Si significator fuerit in ascēdente adde  
 annos directiōis super ascēssiones regionis gradus significatoris: 7 reduc  
 ad gradus equales in circulo obliquo: 7 vbi pduxerit te numerus in circulo  
 signoz: ibi est locus diuisionis: 7 domin⁹ termini illius loci est diuisor. Et istō  
 est idē opus cum opere de projectionib⁹ radioz: 7 qñ feceris directionem 7  
 feceris istud opus inuenies in fine eundem locum ad quem direxisti: nisi si  
 significator haberet latitudinem.

**T**ex hoc algebutar in natiuita  
 tibus. In hoc capitulo auctor docet dirigere gradum ascēdētē  
 in natiuitatibus. Sententia littere est talis. Considera in cuius pla  
 nete termino sit gradus ascēdēns 7 cōsidera finē illius termini. De  
 inde qre ascēssiones grad⁹ ascēdētēz in circulo obliquo p tabulā tue regionis  
 7 serua eas: qre etiā ascēssiones finis illius termini p eandē tabulā a qbus  
 subtrahē ascēssiones gra. ascēdētis 7 gra. q remāserint sūt gra. directiōis. acci  
 pe p quolibet gradu annū vnū. 7 p quolibet qnq; minutū vnū mēsem: 7 p q  
 libet minuto. 6 dies 7 p quolibet sō duas horas 7. 24. minuta hore: 7 plane  
 ta q est dñs termini est dispositio annoz siue diuisor. Postea considera finēz  
 fmini: imediate seqñz 7 subtrahē ascēssiones finis termini pcedētē ab ascēssionib⁹  
 finis termini illi: 7 remanebūt grad⁹ directiōis accipe sic p⁹ p quilibet gra. an.



num vnum ⁊ cetera. ⁊ Dominus illius termini est dispositoz siue diuisor: ⁊ isto modo facies ad finem cuiuslibet signi s̄m ordinez signoz vsqz ad finem vite. Et si fuerit in aliquo termino aliqs planeta uel radij alicuius planete illa planeta erit p̄iceps in diuisione. Exēplū in hoc pono q̄ ascendēs alicui⁹ natiuitatis fuit quartus gradus virginis cōpletus ad dirigēdum gradū istū ⁊ fide ra p̄mo in cuius planete termino est iste gradus. ⁊ patet p̄mo q̄ in termino mercurij ⁊ durat terminus usqz ad finem. 7. gradus virginis. quesui ascētiō nes gradus ascendētis in orizonte obliquo in regione cui⁹ latitudo est. 48. gradus ⁊ inueni. i. 44. gradus. 27. minuta. quesui ēt ascēsiōnes finis termini scilicet finis. 7. gradus virginis. ⁊ inueni. i. 48. gradus. 33. minuta. subtraxi ascēsiōnes gradus ascendētis ab ascēsiōnib⁹ finis termini ⁊ remanserunt 4. gradus. 6. minuta. dedi cuilibet gradui annum ⁊ quibuslibet. 5. minutis vnum mensem ⁊ cuilibet minuto. 6. dies: ⁊ fuerunt quattuor anni idest mensis. 26. dies. ⁊ mercurius Dominus termini fuit dispositoz istoz annorum. Deinde considerant terminum immediate sequentem qui est veneris ⁊ durat vsqz ad finem. i. 7. gradus virginis. quesui ascēsiōnes finis termini illius scilicet veneris ⁊ inueni. i. 62. gradus. i. 5. minuta. a quibus subtraxi ascēsiōnes finis termini p̄cedētis mercurij: ⁊ remanserūt. i. 3. gradus. 44. minuta. qui fecerūt. i. 3. ānos. 8. mēses. i. 2. dies. ⁊ uenus disposuit hos annos. in fine istius termini fuit etas nati. i. 7. anni. 9. menses. i. 8. dies. Deinde sequitur terminus Jouis qui durat usqz ad. 2. i. gradū uirginis cōpletus. q̄sui ascēsiōnes eius ⁊ inueni. i. 67. gradus. 9. 3. minuta. a quibus subtraxi ascēsiōnes finis termini p̄cedētis: ⁊ remāserunt quinqz grad⁹. 28. minuta que fecerūt qnqz annos. qnqz mēses. i. 8. dies: ⁊ Jupiter fuit dispositoz istoz annoz. Factaqz est etas nati in fine istoz annoz. 23. āni. tres mēses. sex dies. Deinde segtur termin⁹ martis ⁊ faciendum est: vt prius: ⁊ s̄m istum ordinem est directio cōtinuata vsqz ad finē vite: ⁊ quotiens directio peruenit ad corpus vel radios infortuna veniet nato infirmitas vel impedimentum in corpore suo s̄m naturam illius infortune nisi fortune aspexerint ipsum locū. tūc. n. minuēt malum.

**X** hoc duodenaria planetarū ⁊



domorum. In hoc capitulo auctor docet inuenire dñm duodenarie. Intelligēdum est ad euidētiam istius capituli q̄ quodlibz signū intelligitur diuidi in duodecim ptes: ⁊ qlibet ps est de duobus gradib⁹ ⁊ 30. minutis. Hypspalensis ponit hoc capitulum: ⁊ duo capitula sequētia inter dignitates planetarū: ⁊ Dominus s̄m duodenarie est Dominus illius signi. Dominus sc̄de duodenarie est planeta succedens descendēdo ⁊ sic secūdum ordinem. Verbi gratia: dñs p̄ime duodenarie arietis est mars. secūde sol. tertie uenus. quarte mercurius. quinte luna. sexte saturnus. septime Jupiter. octaue iterum mars: ⁊ sic secundum ordinem. Sentētia auctoris est talis. Cū uolueris scire duodēarias planetarū vel domoz vide quātum trāsiuit planeta de signo in quo est aut de domo in qua est ⁊ numerum illoz graduum multiplicā p̄ duodecim: ⁊ sup numer⁹ p̄ductum adde numerum graduum quos multiplicasti. ⁊ quod collectum fuerit pijce ab initio s̄

gni in quo est planeta dando vnicuiq; signo. 3 o. 7 vbi finit<sup>9</sup> fuerit numer<sup>9</sup> ibi erit duodenaria.

**Et ex hoc anaubarach.** Dic docet inuenire dominu nouenarie. Sententia enim est talis. Cum volueris scire nouenariam siue dominum nouenarie alicuius planete: vide quot gradus pertransiuit planeta de signo in quo est: vel d<sup>o</sup> modo in qua est. 7 diuide totum illud signum in .9. diuisiones. 7 erit quelibet diuisio ex tribus gradibus 7.20. minutis. Deinde vide in qua parte illius diuisionis sit planeta. 7 dabis primam diuisione 3 domino signi mobilis eiusde 3 triplicitatis. 7 secundam diuisionem domino signi sequentis: 7 sic eundo secundum ordinem signorum quousq; venias ad illam nouenariam in qua est planeta cuius queris dominum nouenarie. Verbi gratia: pono quod sol in .24. grad. aquarij. ad sciendum dominum nouenarie gradus solis dedi primo tres gradus aquarij 7.20. minuta domino signi mobilis eiusdem triplicitatis. est autem aquarius de triplicitate aerea. Signum mobile illi<sup>9</sup> triplicitatis est libra: dñs cuius est uen<sup>9</sup>. est ergo uen<sup>9</sup> domina prime nouenarie aquarij. s. primo 7 triu<sup>9</sup> graduu 7.20. minutoy. Deinde dedi scdam diuisione nouenaria<sup>9</sup> marti dño signi sequentis. s. scorpionis 7 completi tunc fuerunt a principio aqrij. 6. grad<sup>9</sup> 7.40. minuta. Deinde tertiam nouenaria<sup>9</sup> dedi Joui. s. dño sagittarij qui succedit scorpionis. 7 coplecti fuerunt tunc a principio aquarij. i o. gradus. Dedi quartam nouenariam saturno domino capricorni qui succedit sagittario: 7 completi fuerunt a principio signi. i 3. gra. 7.20. minuta. Dedi quintam nouenaria<sup>9</sup> saturno domino aquarij: 7 completi fuerunt. i 6. gradus 7.40. minuta. Dedi sextam nouenaria<sup>9</sup> log dño piscium 7 completi fuerunt a principio signi aquarij. 2 o. gradus. Dedi septimam nouenariam marti domino arietis: 7 copleti fuerunt a principio signi. 2 3 gradus: 7.20. minuta. Dedi octauam nouenaria<sup>9</sup> veneri dño tauri. illa ergo est diuisio nouenarie solis in casu pposito: 7 completi fuerunt tunc gradus. 26. 7 minuta. 40. aquarij. Quando ergo inuenies in libris iudiciorum de domino anaubarach luminarium si fuerit in die intelligit de domino nouenarie solis. si in nocte de domino nouenarie gradus lune. Illa que auctor dicit patet legendo litteram.

**et ex hoc adoringen.** Dic docet inuenire decanu. Sententia ei<sup>9</sup> est talis. Diuide signum ascendens in tres partes: 7 quelibet diuisio erit ex decem gradibus. Dabisq; primam diuisionem domino ascendens. secundam domino secundi signi: 7 tertiam dño tertij signi. Vult dicere qd prima diuisio est domini eiusde 3 signi qd ascendit. Et secunda diuisio est domini signi sequentis eiusdem triplicitatis. tertia diuisio est dñi tertij signi illius triplicitatis. ita qd tres decani sunt domini triu signoy vnius triplicitatis. Auctor ponit exemplum tale in lra. pposito qd pma facies arietis sit ascendens ei<sup>9</sup> decanus est mars. Si scda facies est ascendens ei<sup>9</sup> decan<sup>9</sup> est sol dñs leonis scdi signi eiusde triplicitatis: 7 si tertia facies sit ascendens ei<sup>9</sup> decanus est iupiter dñs sagittarij qd est tertiu signu illius triplicitatis. Et si pma facies leonis sit ascendens ei<sup>9</sup> decan<sup>9</sup> est sol dñs eiusde 3 signi. Si scda facies sit ascendens ei<sup>9</sup> decanus est iupiter dñs signi quod suc-

cedit leoni in eadem triplicitate. Si tertia facies sit ascendens eius decan<sup>o</sup> est mars dñs tertij signi a leone in eadē triplicitate. s. arietis. 7 fm hunc moduz itellige de alijs triplicitatibus.



### Tex hoc dominus orbis.

In hoc capitulo ponitur ordinem in domino horaruz in natiuitatibus. Scia littere est talis. Aspice in qua hora natus egreditur vterum et dominum illius hore: Da pmo anno natiuitatis 7 per illum significat esse nati in eode n anno qzum ad fanitates vel ifirmitates corporis nati sicut per dominum ascendentis. Et dabis dominum hore sequēis scdo anno. 7 per eum significat esse substantie in eode anno sicut per dñm domus substantie. Dabis dñm tertie hore tertio anno ab hore natiuitatis. 7 per eum significat esse fratru in illo anno sicut per dñm tertie dom<sup>o</sup>. 7 isto mó facies de alijs dominis horaruz cūdo fm ordinē horaz 7 domoz vsqz ad finē vite. 7 planū est in littera qd dicit. Explū in hoc ponat qz qdam nat<sup>o</sup> fuit in die solis hora q̄rta que hora q̄rta est hora lune. erit luna dña pmi anni. 7 ab ea accipit eē corpis. Hora sequēs est saturni. erit ergo saturn<sup>o</sup> dñs scdi anni. 7 ab eo accipit eē substantie in illo anno. 7 sic per ordinem.

### Et ex hoc dispositio darie.

In hoc capitulo auctor docet ordinare annos fridarie 7 gubernationis planetarum in natiuitatibus. Scia littere talis est. Si natiuitatis fuerit in die incipit fridaria a sole 7 gubernat ipm natū sol fm q̄stitate annoz sue fridarie qui sunt decē. Post solem gubernat ipm ven<sup>o</sup> fm q̄stitate annoz fridarie ei<sup>o</sup> qui sūt octo. Post venerē gubernat mercuri<sup>o</sup> per. 13. annos. Deinde luna per nouē annos. Deinde saturn<sup>o</sup> p. 11. Deinde iupiter per. 12. annos. Deinde mars per. 7. annos. Deinde caput draconis per tres ānos. Deinde cauda diacois per duos ānos. Deinde reuertit dispositio ad solē 7 vadit per ordinē planetaz sic p̄us: numer<sup>o</sup> aut<sup>o</sup> oium annoz est. 75. 7 qui trāsit hūc numeroz ānoz reuertit ad dispōnē p̄mā fm qz possibile est. Si aut<sup>o</sup> natiuitas est in nocte incipit fridaria a luna 7 disposuit luna annos suos. Deinde saturn<sup>o</sup>. Deinde iupiter. Deinde mars. Deinde sol. Deinde venus: postea mercurius. Deinde reuertit ad lunā 7 vadit fm ordinē planetaz sicut p̄us. Et qñ aliqs planeta disponit annos sue fridarie disponit ipse septimam ptem illorum annozū solus. In scda autem septima p̄cipat ei planeta frequens qui ei succedit. In tertia autem p̄cipat ei planeta tertio. In q̄rta h̄ritus. Et in q̄nta q̄ntus. 7 sic vsqz ad septem septimas 7 septem planetas Uerbi gratia: pono qz natus fuit qz in die incipit ergo fridaria a sole 7 gubernat ipsum sol fm q̄stitatem annozū fridarie sue qui sunt. 10. anni. 7 gubernabit ipse sol solus septimam ptem istorū decem annozū. s. per vnū annuz solarē 7. 156. dies 7. 12. horas. Nec est enī septima pars decem annozū. In scda septima parte horum decem annozū habuit venus p̄cipationem cum sole in fridarie dispositione per vnum annū 7. 156. dies. 7. 12. horas. 7 transferunt tūc nato duo anni. 313. dies completi. Deinde habuit p̄cipationem cum sole in dispositione fridarie mercurius per vnum annū. 7. 156. dies. 7. 12. horas. 7 in fine huius di

uisionis trāserūt nato. q̄tuor anni solares. 104. dies. 6. hore. Deinde habuit p  
 ticipationem cū sole luna per eandē septimā. 10. annorū. 7 in fine hui⁹ diuisio  
 nis trāserunt nato. 5. anni. 260. dies. 18. hore. Deinde habuit p̄ticipationes cū  
 sole saturnus per septimā ptem. 10. annorū. 7 in fine huius diuisionis transe  
 runt nato septem anni. 52. dies completi. Deinde habuit participationem cū  
 sole iupiter in dispositione fridarie per eandem septimam. 7 in fine huius di  
 uisionis trāserunt nato. 8. anni solares. 208. dies. 12. hore. Deinde habuit p̄  
 ticipationem cum sole in dispositione fridarie mars in vltima septima pte de  
 cem annorum. 7 in fine huius diuisionis trāserunt nato. 10. anni completi.  
 fm hunc modum est faciendum in fridarijs oium planetarum. Caput autez  
 draconis 7 cauda' qlibet eorum disponit per se annos fridarie sue sive parti  
 cipationem planetarum. Narrare autē euentus contingentes nato in quali  
 bet hāz diuisionū eēt nimis longū. Haly autē abenragel in suo libro magno  
 complete posuit omnes diuisiones 7 iudicia cuiuslibet diuisiōis. Ideo qui vos  
 lunt hec iudicia legant librum illum.

**T**er hoc almanar. In hoc capitulo docet q̄  
 planetarū sit eleuat⁹ sup al  
 terū. Intētio sua est q̄ plāeta qui fuit altior in circulo suo breui. s.  
 in epicyclo dicitur eleuat⁹ sup alterū eleuatione de qua hic loquit. 7  
 hoc est qd̄ dicitur p̄toleme⁹ in. 63. ppōne centilocalij. Dicit enī op̄  
 aspicere in coniunctione Saturni 7 iouis in eodem minuto ad eleuationem  
 vnus super alterum 7 iudica cūz fortitudine nature eius in hoc mundo. Et  
 s̄līr fac in. 21. coniunctionibus residuis. Haly ibidem dicit in commento. eleua  
 tio planete super planetam est vt sit remotio eius ab auge sui circuli breuis. 7  
 ille dicitur eleuatus super alterum. Auctor autem in littera iubet aspicere mes  
 dium locum planete 7 verum locum planete. 7 si verus locus planete fuerit  
 minor medio motu planete est descendens a superiori pte epicycli versus in  
 feriozem ptem. Si vero verus locus planete maior medio motu fuerit plane  
 ta est ascendens ab inferiori pte epicycli versus supiozem ptem. 7 vt breuiter  
 dicat si argumentum eq̄tum planete fuerit minus sex signis cōmunibus est  
 descendens. 7 si plus est ascendens. Deinde iubet auctor subtrahē mediū mo  
 tum planete de vero motu eiusdem si mediū motus fuerit minor vero: vel  
 econtra si fuerit maior ita videlicet. q̄ minor subtrahat a maiori 7 residuus iu  
 bet multiplicare per septem. 7 numerum puenientem iubet diuidere per. 22.  
 7 numerum quotientē iubet tenere pro eleuatione q̄i ascendit vel pro depres  
 sione quando descendit. De venere 7 mercurio iubet respicere differentiam  
 inter locum cuiuslibet eorum 7 locum solis 7 iubet facere sicut in alijs. Mo  
 dus p̄us dicitur sc̄dm sententiam p̄tolemei videt mihi melior 7 certior. Dein  
 de dicit auctor q̄ fortior significatio planetarum est. cum vnus eorum fuerit  
 eleuatus super alterum in coniunctione. In oppositione autem 7 in quarto  
 aspectu erit significatio minus apparens. 7 si vnus planeta fuerit ascendens  
 7 alter descendens. ille qui fuerit ascendens vadit supra descendentem. 7 si  
 yterque fuerit ascendens ille vadit super alium: qui fuerit maioris ascensio  
 nis. 7 si yterque fuerit descendens ille vadit super alium. qui fuerit minoris

descensionis. Dicit etiam alio modo planeta eleuari sup planetam quatum ad latitudinem quae septentrionalis vadit super meridianum. Et si fuerit ambo septentrionales ille qui fuerit plus septentrionalis vadit super illum qui fuerit minus septentrionalis. Si vero fuerint ambo medionales ille qui fuerit minoris latitudinis vadit super illum qui fuerit maioris latitudinis. Si fuerit aliquis planetarum in egyptica carens latitudine tunc planeta septentrionalis vadit super eum et ipse carens latitudine vadit super meridianum.

**L**ex hoc apertio portarum. Dicitur quod apertio portarum dicitur quando inferior iungitur superiori et cum hoc fuerit eorum domus opposita. Verbi gratia quando luna coniungitur cum saturno vel eum aspicit tunc est apertio portarum. Sic quoniam sol coniungitur saturno. domus enim solis et lune sunt opposita domibus saturni. Sic fit apertio portarum quoniam mercurius coniungitur Jovi. quae ambe domus utriusque sunt opposita. Sic quoniam iungitur venus marti fit apertio portarum quae eorum domus sunt opposita. Dicitur hispalensis quod venus significat humiditatem. mercurius significat ventos. saturnus nebulas et frigus. mars ventos a dextro id est a meridie et calorem. iupiter temperiem et ventos a sinistro id est a septentrione. Dicitur idem hispalensis quoniam luna separata a iunctio alicuius planete vel ab eius aspectu et coniungitur alteri planete et sint illorum planetarum domus opposita. hoc est apertio magnarum valuarum in qua necesse est venire ventos vel pluias ut est ex natura illorum planetarum. verbi gratia luna quoniam separata a venere coniungitur marti. aut separata a mercurio coniungitur Jovi. aut separata a sole coniungitur saturno. hoc est apertio magnarum valuarum.

**Et ex hoc albutez.** Dicitur loquitur de horis fortunatis et infortunatis. Dicitur quod in die inuenerant. id est. horas post coniunctionem solis et lune et datur casus soli. et diuiduntur casus in tres partes et iudicatur super primas quattuor horas secundum iudicium primi domini triplicitatis loci solis. et iudicatur super quattuor secundas secundum iudicium secundi domini triplicitatis loci solis. et super quattuor ultimas secundum iudicium tertii domini triplicitatis loci solis hora coniunctionis. Postea datur veneri. id est. horas sequentes et diuiduntur casus sic in tres partes et iudicatur super quilibet quattuor secundum iudicium domini triplicitatis loci veneris hora coniunctionis. Postea faciunt sic cum mercurio et luna et cum ceteris planetis secundum ordinem planetarum donec reuertatur orbis ad solem post. 84. horas. et tunc recipiunt a sole secundum eundem ordinem. et hoc continuatur usque ad coniunctionem secundam. Et quidam dicunt quod post coniunctionem sunt. id est. horae que vocantur combustae in quibus non est bonum incipere aliquid opus. et post has. id est. combustas sunt. 72. horae incombustae in quibus utilis est inceptio operum. et post has. 72. incombustas iterum sunt duodecim combustae. et iterum post illas. 72. incombustae et post eas. id est. combustae et sic usque ad coniunctionem sequentem. Et ut breuiter dicatur omnes. id est. horae que datur soli secundum ordinem planetarum sunt combustae et. 72. que sunt aliorum planetarum sunt incombustae. Deinde dicitur auctor et diuiduntur has. id est. horas combustas in tres diuisiones et quilibet dies erit ex quattuor horis. Et dicuntur quidam quod qui inceperit bellum in quattuor primis horis combustis timenda est

p̄ditio aie sue. Auctor nō intelligit p̄ditionē aie post vitā istā ita q̄ post sepati-  
 onem aie a corpore rapiant eā diaboli z deducāt ad inferos. Sed intelligit aie  
 p̄ditōne idest amissionē vite p̄sentis z hoc mō intelligit in oibus locis iudicio-  
 rum astronomie. De ista enim p̄ditione pertinet ad eos loqui. De p̄ma autez  
 perditioe pertinet teologis. Et qui inceperit bellum in sc̄bis q̄tuoꝝ hois t̄is  
 mendū est detrimentū sui corporis. s. absq; perditione vite z qui inceperit bel-  
 lum in vltimis q̄tuoꝝ timēda est perditio oium que possidet z timet perditio  
 illoꝝ que p̄tinēt ad ip̄m z sic cōpleta est expō q̄rte dñe alchabicij introductoꝝ  
 rij ad magisterium iudicioꝝ astroꝝ.



## Differentia quinta in cōmemo- ratione uniuersarum partiuꝝ.

Ista est q̄nta differentia istius libri in q̄na auctor docet p̄iecti-  
 onē p̄tium z potest diuidi in duas partes: quoniā in p̄ma par-  
 te ponit partes que cadūt in natiuitatibus. Et in s̄ca parte ponit partes que ca-  
 dunt in reuolutionibus annoꝝ mundi. Sc̄da pars incipit ibi: z auxiliā-  
 te deo. P̄ma pars diuidit in duas partes: q̄m in p̄ma parte dat modū p̄-  
 iectionis p̄tium in generali z exemplificat de parte fortune. In sc̄da parte po-  
 nit in speciali partes. i. 2. domoꝝ. Sc̄da pars incipit ibi. incipiam⁹ itaq; post  
 partem fortune. S̄nia p̄me partis est talis. Modus in p̄iectionibus partiuꝝ  
 est q̄ accipiuntur gradus equales qui sunt inter vnum locum z alium z nu-  
 merus ille p̄iicitur ab ascendente vel alio loco. vel adduntur super gradus  
 equales qui fuerunt inter ambo loca gradus qui sunt ab initio signi ascendē-  
 tis z p̄ductum computatur ab initio signi ascendētis dādo cuilibet signo  
 30. gradus. z vbi finitus fuerit numerus ibi est pars fortune. Verbi gratia: po-  
 no q̄ sit sol in fine sexti gradus piscium z luna sit in fine. i. 4. gradus geminoꝝ  
 rum z gradus ascendētis sit. i. 0. gradus arietis. subtraham verum locum so-  
 lis a v̄o loco lune z remanēt. 98. grad⁹ sup quos addā. i. 0. grad⁹ qui sunt a p̄n-  
 cipio arietis vsq; ad gradū ascendēte z pueniūt. i. 08. grad⁹ icipiā p̄icere ab  
 initio arietis dādo cuilibet signo. 30. gradus: z terminatur numerus iste in  
 28. gradu cancri. ibi ergo est pars fortune in exemplo p̄posito.

**Incipiamus itaque.** In hac parte ponit projectionis p̄-  
 tium sc̄dm ordinem. i. 2. domoꝝ  
 ponendo in q̄libet domo partes ad illam pertinentes. Et potest diuidi in tot  
 partes quot sunt domus ubi partes incipiunt patet in littera. P̄mo ponit  
 partes p̄me domus z sunt sex. P̄ma est pars vite. Sc̄da est pars hylech. Ter-  
 tia est pars futuroꝝ siue pars diuinauonis. Quarta est pars dilectionis z  
 concordie. Quinta est pars stabilitatis z durationis. Sexta est pars animosi-  
 tatis z audacie. Dicit in littera cum volueris sc̄re partem vite accipe gradus  
 qui sunt a Joue vsq; ad saturnum in die z in nocte gradus qui sunt a saturno  
 vsq; ad Jouem z proiice ab ascendente. Albumazar dicit in suo introductoꝝ  
 rio magno q̄ hec pars significat vitam naturalem z esse corporis ac victus  
 que si fuerit boni esse significat prolixitatem vite. z sanitatem corporis z gau-

dium anime. Si vo fuerit impedita significat paucitatē vite ⁊ multitudinē in-  
 firmitatū animiq; merore ac tristitiam. Deinde dicit auctor pars hylech acci-  
 pit a gradu cōiunctionis que p̄cessit natiuitatē si natiuitas fuerit p̄iunctiona-  
 lis. vel a gradu p̄uentiōis. i. oppositionis si natiuitas fuerit p̄uentionalis vsq;  
 ad gradū lune ⁊ p̄icit ab ascendente natiuitatis ⁊ vbi finit⁹ fuerit numerus  
 ibi est pars hylech. Albumazar dicit qd̄ hec pars dirigif̄ quēadmodū dirigif̄  
 hylech per grad⁹ ⁊ ducif̄ ei⁹ p̄fectio per signa quēadmodū fit de hylech. cū-  
 q; p̄uenerit ei⁹ directio vel p̄fectio ad malos significat impedimentū ⁊ pericu-  
 lū. Et erant multi sapientū astrologorum cū inuenirēt hoiem parietem peri-  
 cula maxima in q̄busdam t̄pibus ⁊ nō inuenirēt in eodem t̄pe suum hylech  
 p̄uenisse ad loca maloz. nec inuenirent idē impedimentū patētē significatio-  
 nem in reuolutione eiusdem anni nesciebant causaz hui⁹ rei. Et ideo latebāt  
 eos hoc: q; nō dirigebāt hanc p̄tem ⁊ si direxissent eā inuenissent hoc maluz  
 accidere in eodem t̄pe quo p̄uenisset hec pars ad loca quedam significantia  
 ipsum periculum. Pars futurorū accipif̄ in die a luna vsq; ad solē: ⁊ in nocte  
 ecōtra ⁊ p̄icit ab ascēdēte ⁊ p̄prietates isti⁹ p̄tis sc̄dm Albumazar est signifi-  
 care aiām ⁊ corp⁹ ⁊ esse eorum. ⁊ significat fidem ⁊ p̄phetiam ⁊ regionē ⁊ dei  
 cultū ⁊ secreta ⁊ cogitationes atq; intētīōes ⁊ res occultas ⁊ celatas: ⁊ oē qd̄  
 absens est ex rebus per hūc modū applicabis iudicia in alijs ⁊ a quo loco in  
 quē accipiat q̄libet ⁊ a quo loco proiciat patet in littera.

**Secunda domus.**

Hic ponit p̄tes sc̄de domus ⁊ sunt tres. Prima est pars sbe.



Secda est pars paupertatis ⁊ puitatis ingenij. Tertia est pars bea-  
 titudinis triūphi ⁊ victorie. Albumazar dicit q; pars substātie si-  
 gnicat p̄fectū ⁊ victum ac cibū q̄b⁹ substētant corpora que si fu-  
 erit in bono loco significat bonū eē in substātia cibo ⁊ victu. Et si fuerit ipedi-  
 ta significat malū eē in his que dixim⁹. Leteras aut̄ species fortune apparen-  
 tes ex substātia. s. que thesaurizat ⁊ seruat ac acquirif̄ significant ceteri signifi-  
 catores substātie ⁊ pars fortune.

**Tertia domus.**

Hic ponit p̄tes tertie domus ⁊ sunt due. Prima est ps̄ fratrū. Secda est



pars benivolētie fratrū. Dicit Albumazar qd̄ pars fratruz ⁊ dñs  
 eius. i. dñs signi in quo ceciderit significāt esse fratrum ⁊ cōcordi-  
 am eorum atq; dilectionē peregrinationemq; eoz ⁊ absentiam.  
 Post hec aspice si hec pars ⁊ dñs eius ceciderint in signis multoz filiorum  
 multiplicabuntur fratres. ⁊ si ceciderint in signis paucorū filiorum erunt pa-  
 uci. Et si volueris sc̄ire numerum eorum accipe numerum signozum que fue-  
 runt inter p̄tem ⁊ dñm domus in qua ceciderit aut quot fuerint iter ip̄m dñz  
 ⁊ p̄tem ⁊ pone vniciq; signo vnum. Et si fuerit inter eos signum cōe dupli-  
 ca numerum eiusdem signi. Et si fuerit inter ipsam p̄tem ⁊ dñm domus in  
 qua ceciderit aliqs planeta accipe ei etiam vnum. Albumazar etiā ponit par-  
 tem vnā in hac domo que vocat̄ pars mortis fratrum: ⁊ dicit quod accipif̄  
 in die a sole in gradum mediū celi ⁊ in nocte e contra. ⁊ augentur de super gra-  
 dus ascēdētis ⁊ p̄icit ab ascēdēte. ⁊ quotienscunq; p̄uenerit hec pars secū

dum directionem ad significatores fratrum z sororum dādo vnicuique gradui vni  
annū, aut per pfectionē dādo cuilibet signo annū eueniet fratribus z sororibus  
bus aliqd horribile, aut aliq̄ eorum morietur



**Quarta domus.** Hic ponit partes quarte domus z sunt sex. Prima est pars patris.

Secunda est pars mortis patris. Tertia est pars annorum. Quarta est pars hereditatum z possessionum. Quinta est pars nobilitatis nati vtrum sit filius illius cui imponit vel non. Sexta est pars finis rerum. Albumazar dicit quod pars patris significat eē patris z eius nobilitatis atq; generis, z si hec pars fuerit boni esse pater erit nobilis. Et si dominus domus huius partis fuerit boni esse pater erit fortunatus. Si vō fuerit mali esset erit laboriosus. A scda parte huius domus que est pars mortis patris accipit causa mortis: z quotienscunq; pfectio anni puenerit ad hanc partem vel ad dñm eius significat periculum patri, z filii cum peruenit aliquis eorum ad significatores patris.



**Quinta domus.** Hic ponit partes quarte domus z sunt septem. Prima est pars filiorum.

Secda est pars temporis in quo debent haberi filij. Tertia est pars per quam scit masculinitas vel femininitas. Quarta est pars per quam scit de nato de quo fit interrogatio utrum sit masculus vel femina. Quinta est pars ad quam cum puenerit iupit est significatio filij. Sexta est pars dilectionis filiorum. Septima est pars scientie filiorum. Dicit Albumazar si pars filiorum ceciderit in signo multorum filiorum habet multos filios. Si vō ceciderit in signo sterili nō habet aliquē filium. Si vō ceciderit in signo paucorum filiorum habet paucos filios. Et si hec pars significauerit filios z fuerit fortunata filij viuent: z si infortunata morientur.

**Sexta domus.** Hic ponit partes sexte domus z sunt due. Prima est pars azemena id est debilitatis

inseparabilis alicuius membri. Secda est pars seruoꝝ. Si pars azemena fuerit cōiuncta cum fortunis erit natus sanus in membris suis. Si vō fuerit p̄iuncta ifortunis habet morbos inseparabiles in membris. z loca in quibus erunt hec egitudines sciunt a locis infortunarū significatiū eas.



**Septima domus.** Hic ponit partes septime domus z sunt quattuor. Prima est

pars desponsationis viroꝝ. Secda est pars desponsationis mulierū. z hec accipit duobus modis. Tertia est delectationis z voluptatis. Quarta est pars nuptiarum. Quā pars desponsationis puenerit per directionē ad Jone vel venerē est significatio desponsationis. Et ego iuent in vna natiuitate tps desponsationis quā dñs ptis desponsationis puenerit ad ipas pte per directionē dādo cuilibet gradui annum vnum.

**Octaua domus.** Hic ponit partes octaue domus z sunt quattuor. Prima est pars mortis. Secda

est pars plāete qui iter facit. Tertia est pars anni in quo veniet nato mors aut partus zc. Quarta est pars p̄tentionis z litigationis. Dicit albumazar si pars mortis fuerit ipe



Alta z dñs eius z non aspererint eos fortune interficiet natus morte turpissi-  
 ma. Si vo aspererint fortune erit eccontrario. Si luna sol aspererit partem pla-  
 nete interficientis z ipsa luna fuerit in signo membrorum abscisioz nat<sup>9</sup> iter-  
 ficier patiedo. Et si luna fuerit impedita abscidei ei aliqd de membris. Qñ, ps  
 anni in quo timef nato mors z dñs eius cū dño ascendens fuerint impedi-  
 ti erit natus multarum infirmitatū z afflictionis in corpe atqz substātia z mul-  
 totiens appropinqbit pditioni corporis z amissione substātie. z quotienscūqz  
 pfectio anni puenerit ad hanc partem: aut peruenerit hec pars per pfectio-  
 nem aut directionem ad ascendens aut ad dñm eius inueniet natus pericu-  
 la in corpe z infirmitatibus z inueniet angustia z horribile in substātia. time-  
 bit quoqz mortē ex diuersis partibus.



### Ona domus

Hic ponit partes none domus z sunt due. Prima est pars peregrinatiois.

Secda est pars itineris in aq. Ab istis accipiunt pegrinatioes na-  
 ti z itinera per aquas. Albumazar dicit. **C**Si pars itineris in aq  
 ceciderit in signo aquatico faciet natus multa itinera per aquas  
 z si ibi fuerit fortunata habebit in suis itinerib<sup>9</sup> pfectum ac lucrum. z si fue-  
 rit infortunata significat contrarium.



### Ecima domus

Hic ponit ptes decime domus z sunt. 5. Prima est pars regiois at

qz regni. Secunda est pars regis atqz regni. Tertia est pars pn-  
 cipatum opis regni. Quarta est pars significans utrum sit causa  
 regni vel non. Quinta est pars matrum.



### Vadecima domus

Hic ponit partes vndecime domus z sunt due. Prima e

pars amicorum. Secūda est pars significans pfectum z effe-  
 ctum z amicitiam amicorum.



### Dodecima domus

Hic ponit vnaz solā par-  
 te i hac domo que est ps

inimicorū. Et hee sunt ptes alie qb<sup>9</sup> utunt magistri iudiciozū. Hic  
 ponit qsdā alias ptes que non sunt in aliq domoiz z sunt sex. Pri-  
 ma est ps mendacii rumoz. Secda est ps rōnis z pfunditatis sensus. Tertia e  
 ps sapiētie z disciplie. Quarta est ps guerre z plioz. Quita est ps pacis. Sex-  
 ta est ps aspiciēdi in reuolutioe annoz. z oēs iste piiciunt ab ascēdēte.



### Quia auxiliante deo.

Prus auctor po-  
 suit ptes que ca-

dūt in natiuitatib<sup>9</sup>. Hic ponūt ptes que cadūt in reuolutionib<sup>9</sup> an-  
 noz mūdi. Et pōt diuidi in duas ptes: qm̄ pmo ponit ptes qb<sup>9</sup> utū-  
 tur magistri iudicioz in reuolutionib<sup>9</sup> in causis regnoz. Secdo po-  
 nit ptes qb<sup>9</sup> utunt magistri iudicioz in psciēdo forū rerū. scda est ibi. Itē sunt  
 hic alie ptes. Dicit q<sup>9</sup> ex ptrib<sup>9</sup> que exercent in reuolutionib<sup>9</sup> annoz mundi ad  
 sciēdū cās regni atqz iperij z ista accipit a marte in lunā: z piicit ab ascēdēte  
 piuctiois que significat mutationē regni z accipit alio mō a gradu ascēdētis  
 piuctiois in gradū piuctiois. itelligēdo a gradu ascēdētis reuolutiois qñi in

Quo est coniunctio usque ad locum in quo planetae coniunguntur. et nisi hoc modo intelligatur  
impossibile est. Supponit enim quod homo sciat gradum ascendentem in hora coniunctionis  
planetarum superiorum. Hoc autem est impossibile scilicet quod dicit abraham auenezre dicit enim  
si possemus scire diem in quo coniungi debeant: et hec res magna. Sit et per alio modo  
videlicet accipit a gradu medii celi reuolutionis illius anni in quo fuit coniunctio  
usque in sole et accipit a gradu iouis. Secunda pars per quam scit quod tunc debeat dura  
re rex in regno. Sic accipit hora electionis regis a sole in .iij. gradibus signi leo  
nis. Et accipit a luna. accipit et a luna in .iij. gradum ceteri et accipit a sole. 3<sup>a</sup> pars  
est de tempore electionis regis. hic accipit hora electionis regis in die a ioue in sa  
turnum et in nocte e contra et accipit ab ascendente reuolutionis anni in quo surrexit  
rex. Et si iupiter fuerit in signo ceteri et reuolutio fuerit diurna et cum hoc fuerit iu  
piter cadens ab angulo tunc accipit a saturno in iouem et addunt desuper .30. gra  
dus: et accipit ab ascendente. Si vero iupiter et saturnus fuerint sibi oppositi et ambo  
fuerint cadentes ab ascendente accipit medietas graduum qui sunt inter eos et  
accipit ab ascendente. Et si fuerit iupiter in exaltatione sua et fuerit reuolutio in no  
cte numerat ab eo in saturnum et accipit ab ascendente. Deinde dicit auctor quod due  
sunt partes maxime ex quibus extrahitur tempus electionis regis et eius duratio. Pri  
ma earum est ut aspicias horam electionis regis et aspicias ubi puenit perfectio anni  
a coniunctione triplicitatis que significauit illam sectam in qua est illud regnum hoc quod dicit  
omnibus .30. gradibus annus et omnibus duobus gradibus cum dimidio mensis. et sic secundum istam  
proportionem usque ad horam electionis. et cum sciueris in quo gradu signi sit serua illum  
gradum: quia ab eo equabis primam partem. Et cum uolueris equare eam partem ascendens reuo  
lutionis anni in quo surrexit ipse electus. Postea respice saturnum et iouem et quod eorum  
fuerit orientalis a sole accipe ab illo usque in gradum equitatis partis prime quam serua  
sti: et accipe ab ascendente reuolutionis et quo puenit numerus ipse est locus partis prime.  
**C** Nota quod auctor dicit accipe a planeta orientali a sole et saturno vel ioue et non di  
cit quod sit faciendum quoniam abo sunt orientales. ego credo quod tunc debet accipi ab eo qui  
soli fuerit propinquior. Item non dicit quod debeat fieri quoniam nullus eorum est orientalis vel  
breuiter dicam nescio quod fieri debeat quia non vidi istas duas partes per hunc modum  
positas in aliquo alio libro. Secunda pars scilicet huius modo. Aspice coniunctionem iouis et saturni  
in qua surrexerit rex vel cepit regnum ad quod signum et gradum puenit perfectio anni da  
do cuiuslibet anno .30. gradibus. et cuiuslibet mensis .2. gradibus cum dimidio usque ad diem in quo sur  
rexerit rex et ipse est locus equitatis partis secunde sua cum. Post hanc accipe a saturno vel ioue  
ue quod eorum orientalis fuerit usque ad locum partis secunde et accipe ab ascendente reuolutio  
nis anni et quo puenit numerus ipse est locus partis secunde. He sunt partes que  
significat fortitudinem regis et eius durationem. Dicit haly abenragel. aspicias in  
reuolutionem annorum mundi pro intronizatione intronizati. Primo a saturno que  
est prima pars. et a ioue que est secunda. et quot gradibus. et quot minuta fuerint inter eos et  
nota sunt. **C** Postmodum considera in quo signo est dominus medii celi et reduceas illos  
gradibus ad ascensionem illius signi in quo fuerit et quod inde exiuerit erit id quod durat an  
ni vel menses aut dies. Et si fuerit in domibus vel in exaltationibus suis erunt anni  
et si fuerint peregrini in succedentibus erunt menses: alioquin erunt dies. Sicut quoniam sol  
applicauerit marti et mars fuerit cursu uacuo non applicas saturno significat quod  
milites mouebunt contra ipsum intronizatum et ueniet super ipsum erecti. et per hoc acci

dēt ci tristitie z anxietates z forte capiēt cū. Tñ si mars cū hoc applicuerit sa turno ipoz nature pūngunt z nullus mouebit ptra cū.

**Item sunt alie partes.**

hic auctor ponit ptes que ex-  
ercētur in reuolutiōib⁹ anno-  
rū mūdi per q̄s scit que res erūt chare z que viles. Snia littere ē talis. Cū vo  
lueris scire vtrū aliq̄ res erit chara vel vilis multum vel parum p̄sidera pte il-  
lius rei z vide in cui⁹ planete domo vel exaltatiōe vel termino siue triplicitas  
te cadat ipsas ps. qui planeta si fuerit cōbust⁹ vel retrogradus aut in aliquo  
loco maligno vilescit res illa z erit pui p̄cij. Si vō fuerit in loco fortitudis aut  
in angulo z maxime i medio celi grauabit res illa z erit maioris p̄cij. z si pue-  
nerit dñs dom⁹ illius ad locū descēsiōis sue vilescit res illa. Vult dicere si pla-  
neta hñs plures fortitudies in loco p̄tis fuerit in aliq̄ dignitatū suaz z maxie  
in sua exaltatiōe. aut fuerit in aliquo anguloz z maxime in medio celi res illa  
erit chara. z fm q̄titate fortitudis planete in suis dignitatib⁹ aut in angulis  
vel succedētib⁹ erit q̄titas caristie. Si vō planeta ipse fuerit in casu a domo  
vel exaltatione sua vel fuerit in domo cadēte ab angulo vilescet res illa z erit  
pui p̄cij. Aspice s̄itr aspectum fortunarū z infortunarū ad eā. s̄item z ad lu-  
nā z dñm eius q̄s sit z q̄liter aspiciat illam ytem. Si aut fortūa z luna aspiciat  
ipsam ptem multiplicabit eadem res in p̄cio. z si aspexerit eaz in fortune de-  
trimētum patiet res illa z erit vilis z pui p̄cij. Ego dico tibi q̄ si planeta hñs  
plures fortitudies in loco p̄tis in reuolutiōe āni retrogradus fuerit z cū hoc  
fuerit in aliq̄ dignitatū suarū vel in angulo significat q̄ res illa erit chara sed  
nō in p̄ncipio anni q̄z diu dñs p̄tis est retrogradus. z qñ ille planeta incipiet  
dirigi tunc res illa incipiet esse chara. Eodem mō si planeta dñs p̄tis fuerit  
in casu z fuerit directus significat vilitatem rei sed illa vilitas erit maxima qñ  
planeta incipiet eē retrogradus. Deinde ponit p̄iectiones z incipit a pte tritici  
z dicit q̄ ps tritici accipit a sole in martē z p̄iciat ab ascēdēte: a qb⁹ locis ac-  
cipiant z a qb⁹ locis p̄iciant patet in littera. Et vt melius pateat mod⁹ po-  
nam exemplū de pte tritici in figura p̄iunctionis p̄cedentis introitum solis in  
arietem z ēt in figura reuolutionis anni isti⁹. Si 33 i. dico q̄ parisus fm veri-  
tate tabularū alfonsij in hora p̄iunctōis solis z lune p̄cedentis introitū solis in  
arietem erit ascēdēs p̄mus gra. cancri. loc⁹ solis illa hora erit. 5. signa alfonsi.  
56. gradus. 42. minuta. 36. s̄a verus loc⁹ martis fuit vnū signum. 44. gra. 17.  
minuta. 28. s̄a videbo q̄z tū est inter solē z martem subtrahendo locum solis a  
loco martis z inuenio. i. signū. 47. gra. 34. minuta. 52. sc̄da que numerū cōpa-  
tabo ab ascēdente z terminat numerus in libra. 18. gra. 10. minuto. 6. sc̄da. De-  
inde videbo q̄s est ibi fortior z inuenio saturnū in illo loco fortiorē qz est ex-  
altatio sua nose cuius hēt ibi q̄ttuor fortitudines. z est triplicitas sua rōne cui-  
us hēt tres fortitudines. est ēt facies sua rōne cuius hēt vnā fortitudinē: hēt  
ergo saturn⁹ in loco p̄tis tritici. 8. fortitudies. Post saturnū est ven⁹ qz est do-  
m⁹ sua z hēt ibi. 5. fortitudines. z iupiter hēt ibi terminū. Aspiciā statū cuiuslibet  
bet istoz in figura z fm statū eoz videbo de sorte tritici. Aspiciā p̄mo ad satur-  
num que statū ipse hēt in figura: z inuenio ipm in angulo terre nō distantem  
ab angulo per. 4. gra. significat hoc q̄ triticū debet eē charū nō tū multuz qz

angulus nō est fortis fortior enī angulorū q̄ntum ad hoc est mediū celi: deinde  
ascēdens: postea angulus terre z vltimo angulus occidentalis tñ q̄ saturnus  
est retrogradus z in loco suo pegrinus nulla hñs in loco suo dignitatē  
significat q̄ triticū in p̄ncipio anni erit parū p̄ciū. Et qñ saturnus incipiet di-  
rigi ascēdet precīū eius z erit magis charū. hec est significatio saturni. Deinde  
de aspiciam ad statum veneris z inuenio eam in domo. i. i. sua ppria domo  
significat hoc similiter q̄ triticū erit aliquātulum charū. Prospiciā etiā eā  
dem partem in figura reuolutōis anni eiusdē. Dico quod ascēdēs reuolu-  
tionis fm tabulas p̄dictas erit q̄rtus gradus. i. 5. minuta. 26. Sa libze. Distā-  
tia inter solē z martē erit idest signū. 45 gradus. 3. minuta. 59. secūda. 8. Opus  
tabo hūc numerū ab ascēdētē: z terminat numerus in capico: nō. i. 9. gra.  
i. 9. minuto. 25. 80 mars h3 in loco istius partis exaltationē z triplicitatē h3  
ergo ibi septē fortitudines. saturnus h3 ibi domū z facies: h3 ergo ibi sex for-  
titudines. mars est fortior in loco z ipse in angulo medij celi significat hoc q̄  
triticum debz esse charum: sed qz mars est in casu ab exaltatione sua nō erit  
charum donec exiuerit casum suum.

CSinitur scriptū sup alchabiciū ordinatum p Joānē de saxonia in villa pa-  
risiensi. anno. i. 33 i. Correctū p artū z medicine doctozē magistz Bartholo-  
meū de altem z nusia. Impressum Venetijs p Joānem z Gregoriz de gre-  
gorijs fratres. anno natiuitatis dñi. M. ccccc. ij. die. xvij. Februarij.

## Tabula foliorum huius operis.

<p><sup>a</sup>  <b>Libellus isagogicus</b>  De diuisione  Tabula domoz  Ubi preponunt</p>	<p><sup>d</sup>  fu erit homo hñs  hoc fortassis erit  net solum defendere  postulata a dño</p>	<p><sup>g</sup>  ges antiqui omnium  Presentia domini  Aspexi in hac qōne  larum sunt secundum</p>
<p><sup>b</sup>  <b>Differentia secūda</b>  equales z breues  Venus fortuna  z coniunctione sua</p>	<p><sup>e</sup>  pōt esse rō: quia  angulo medij celi  te: z remanebit  nibus gradus</p>	<p><sup>h</sup>  in septentrione  pziā z naturam  do sunt orientales  rio z ab illo in</p>
<p><sup>c</sup>  uentionis que  in initio ortus  gulus medij celi  niat ad bonos vel</p>	<p><sup>f</sup>  contactu horizontis  igneum erit aliqua  putatur a gradu  qō frater eius est</p>	<p><sup>i</sup>  pus in quo  mutationis  ca per distantiam  z cum medietate  num vnum zc.</p>
		<p><b>Sinit.</b></p>



Res  
4007